
HIERONYMUS
ANDOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XVIII.

PRISCILLIANI QVAE SVPERSVNT

RECENSVIT
GEORGIVS SCHEPSS

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARUM CAESAREAE VINDOBONENSIS.
MDCCCLXXXIX.

PRISCILLIANI

QVAE SVPERSVNT

MAXIMAM PARTEM NVPER DETEXIT

ADIECTISQVE COMMENTARIIS CRITICIS ET INDICIBVS

PRIMVS EDIDIT

GEORGIVS SCHEPSS

ACCEDIT

OROSII

COMMONITORIVM DE ERRORE PRISCILLIANISTARVM
ET ORIGENISTARVM

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXIX.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

GVILELMO DE CHRIST

MONACENSI

GVILELMO DE HARTEL

VINDOBONENSI

GVILELMO WATTENBACH

BEROLINENSI

S.

PRAEFATIO.

CAPUT I. DE UNIUERSA NOSTRAE EDITIONIS PRINCIPIS RATIONE ET DE PRIORIBUS QUI DE PRISCILLIANO SCRIPSERUNT AUCTORIBUS.

Quamuis multi sint et prioris et recentioris aeui scriptores, qui de Priscilliano uerba fecerunt, desiderabantur tamen adhuc genuini ipsius libri et ita uidebantur interiisse, ut totum de eo iudicium ab eius inimicis penderet, in quibus maximam Sulpicio Seuero concedebant auctoritatem. Feliciter igitur contigit, ut, cum uetustiores bibliothecae uniuersitatis Wirceburgensis codices accuratius perlustrarem, autumno anni 1885 in codicem saec. V uel VI inciderem, qui auctoris illius ab omnibus desperati undecim tractatus continet. Nam etsi Priscilliani nomen in codice, in quo bibliothecae catalogus 'incerti auctoris opuscula patristica' inesse refert, nusquam apparet, tamen mox mihi et aliis persuasi fieri non posse, quin alii auctori quam Priscilliano illi tractatus tribuerentur (cf. nomina propria in tract. I et II obuia et locos parallelos in 'Arch. f. lat. Lexikographie' III, p. 309 not. a me enumeratos; ad quos facile addi possunt multi alii loci ex indice uerborum). Accedebat quod anecdoti mei pretium augeri intellexi permultis locis biblicis a Priscilliano secundum uersionem antehieronymianam allegatis et qui publicarentur dignissimis. Cum igitur edendorum undecim tractatuum cepissem consilium, etiam 'canones epistularum S. Pauli' a Priscilliano quidem compositos, sed a Peregrino emendatos addere constitui, quos ad longe plurium meliorumque quam Zachariae Maiique (uid. infra cap. III) librorum fidem edi posse cognoui, simulque commonitorium Orosii, in quo Priscilliani fragmentum seruatur, integrum excutere uisum est, cum praesertim Zangemeister u. cl. in Orosii editione (corp. script. eccl. Uindob., uol. V) consulto id omiserit.

De uita et doctrina Priscilliani cum in libello 'Priscillian, ein neuaufgefundener lateinischer Schriftsteller des IV. Jahrhunderts, Würzburg, Stuber 1886' breuiter disseruerim et postea, si tempus sufficiet, fusius acturus sim, hoc loco titulos tantum nobiliorum qui ad nostram rem spectant librorum congessisse satis habebo. Unius autem Hieronymi, testium uetustissimi, cum aptissime totam rem comprehendat, libet transcribere uerba quasi omnium quae attulerunt alii summam breuissimam; memoriae enim prodit Hieronymus in libro de uir. ill. anno 392 conscripto, cap. 121:

> Priscillianus, Abilae episcopus, qui factione Hydatii et Ithacii Treueris a Maximo tyranno caesus est ⟨*anno ut uidetur 385 p. Chr. n.*⟩, edidit multa opuscula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt. Hic usque hodie a nonnullis gnosticae idest Basilidis uel Marci, de quibus Irenaeus scribit, haereseos accusatur, defendentibus aliis non ita eum sensisse ut arguitur.

Aliorum qui de Priscilliani haeresi ampliora artiora habent uetustiorum scriptorum conspectum, cui pauca habeo quae addam, praebet Io. Henr. Bern. Luebkert in libello 'De haeresi Priscillianistarum ex fontibus denuo collatis, Hauniae 1840', p. 4—11; qui tamen scriptores, cum alii de Priscillianistis magis quam de Priscilliano dicant, alii nomina omnino reticeant, num omnes sint audiendi in iudicanda ipsius Priscilliani doctrina, erit deliberandum; sunt fere hi: acta conciliorum, Ambrosius, Augustinus, Bachiarius, Damasus, [Pseudo-Dexter], Hieronymus (et Aethicus Ister), Idatius, Innocentius, Isidorus, Leo Magnus, Maximus imp., Montanus, Orosius, Pacatus, Philastrius, Praedestinatus, Prosper, Prudentius, Siricius, Sulpicius Seuerus, Theodosianus codex, Turribius, Uincentius Lerinensis.

Praeter Luebkertum libris peculiaribus de Priscillianismo disseruerunt alii quoque uiri docti, uelut Simon de Vries, Diss. critica de Priscillianistis eorumque fatis doctrinis et moribus, Traiecti ad Rhenum 1745; Franc. Giruesius, De historia Priscillianistarum dissertatio in duas partes distributa, Romae 1750; P. Th. Cacciari, De Priscillianistarum haeresi et historia, 1751 (= Migne, Patr. lat. 55, col. 991—1066; cf. Storia letteraria

d'Italia, uol. V, 1752, p. 346 sqq.); Io. Matth. Mandernach, Geschichte des Priszillianismus, Trier 1851. Ad quos accedunt auctores plurimi, qui de uniuersa historia ecclesiastica (concil. act., lexic. eccles.) uel de haeresium historia uel de historia litteraria agunt; praeterea conferri possunt etiam hi libri: F. Chr. Baur, Das manichäische Religionssystem (1831), Die christliche Gnosis (1835); Iac. Bernays, Ueber die Chronik des Sulp. Seuerus, Berlin 1861 (ed. altera in 'Gesammelte Abhandlungen von Bernays', cur. Usener 1885, tom. II, p. 81—200); Th. Foerster, Ambrosius, Bischof von Mailand (1884); Pius Bonif. Gams, Die Kirchengeschichte von Spanien, tom. II, pars I (1864), p. 359 sqq.; Ad. Helfferich, Der westgoth. Arianismus und die span. Ketzergeschichte (1860); R. A. Lipsius, Der Gnosticismus (= Ersch et Gruber, tom. 71, p. 223—305, 1860); Matter-Doerner, Gesch. des Gnosticismus (1833); Montalembert-Brandes, Die Mönche des Abendlandes, tom. I, 1860; Marcellino Menendez-Pelayo, Hist. de los heterodoxos Españoles 1880; M. Rade, Damasus, Bischof v. Rom (1882); I. H. Reinkens, Hilarius v. Poitiers (1864), Martin von Tours (1866); Henr. Richter, Das weströmische Reich, besonders unter den Kaisern Gratian, Ualentinian II. und Maximus, 375—388 (1865), p. 518 sqq.; Uict. Schultze, Gesch. des Untergangs des griech.-röm. Heidentums, tom. I (1887); Albr. Vogel in Herzog-Plitt, Realencyklopädie f. protest. Theol. und Kirche, tom. 12 (1883), p. 231 sqq.; Otto Zöckler, Hieronymus, sein Leben und Wirken (1865).

CAPUT II. DE CODICE WIRCEBURGENSI ET DE NOSTRA UNDECIM TRACTATUUM EDITIONE.

Priscilliani codex Wirceburgensis, insignitus nota Mp. th. q. 3 (olim CXXVII), saeculo V uel VI exaratus, roboreis circumdatus tegumentis, pergameni folia 1 + 145 = 146 continet, 0,211 alt., 0,151 lat. Transcripsi codicem mensibus Nou.—Dec. anni 1885 et postea apographum meum bis contuli cum codice; plagulas denique a typographo transmissas ad ipsum codicem correxi.

Missa quaestione, quomodo ut hic liber extraneus in nostram urbem deferretur potuerit fieri, unum hoc commemorare libet eiusdem fortasse esse originis, cuius illustrissimum illud exemplar 'codicis Alariciani seu Theodosiani' olim apud nos seruatum, nunc exstans inter cod. Monac., num. 22501, s. VI—VII; uid. G. Haenel 'lex Romana Uisigothorum', 1849, p. XLI sqq. (cuius 'legis' nuper inuenit R. Beer in bibl. ecclesiae cathedralis Legionensis codicem palimpsestum s. VI); cf. etiam catal. cod. lat. Monac. II, pars IV, p. 50; scripturae specimina habes apud Zangemeister-Wattenbach, exempl. cod. lat. litteris maiusculis scriptorum, 1876, tab. 27 et 28). — Uetustate proximi nostro codici sunt palimpsestus biblicus, quem edidit E. Ranke, 'par palimpsestorum Wirceburgensium', Uindob. 1871, et Hieronymiani in ecclesiasten commentarii codex = Mp. th. q. 2.

Quod in Priscillianei codicis primo folio inter locos quosdam sacrae scripturae, quos manus saec. VIII—IX inscripsit (Cecus sedebat e. q. s. = Luc. 18, 35; — Philipp. 3, 3; II. Cor. 6, 2), occurrit nomen 'bilihilt', utrum ad S. Bilihildem circa annum 629 (i. e. 60 fere annis ante Kiliani supplicium, cuius fuisse et in cuius tumulo librum nostrum inuentum esse suspicantur, uid. Oegg in libro mox citando p. 320 et 328) natam Veitshoechhemii prope Wirceburgum aliquo modo referendum sit necne, diiudicare non ausim. Ad eandem 'bilihilt' spectare suspiceris inscriptionem quandam saec. VIII—IX in margine folii 41ᵃ adiectam (= p. 34 ed. nostrae), quae habet: 'pro elimosina eccone'. Bilihildem enim Hedani ducis Wirceburgensis uiduam Moguntiae 'altum monasterium' condidisse et ipsam monacham factam esse constat; uoce autem 'eccona' posse signari mulierem sanctimonialem cognosces ex nostro indice rerum; quamquam cur Bilihilt (et Kilianus) haereticum illum librum, — quem Pseudo-Gelasii quoque de recipiendis et non recip. libris decretale damnat (cf. etiam Münchner Sitzungsber. 1888, p. 54 sqq.), — tam pie seruauerint difficile est dictu, nisi forte ex hac re colligere uolumus Christianae fidei in Franconia primos testes ab orthodoxa ecclesia seu dedita opera siue inuitos aliquantum discrepuisse. Orthodoxorum uero in libros haereticos inquisitionem uidetur metuisse ille, qui in fol. 74ᵇ (= p. 56

ed. nostr.) nomen 'Amantia' erasit. (Ut ita legerem erasarum litterarum ductus, dubitanti mihi auctor fuit S. Brandt amicus, qui librum inspexit a. 1887; de uocabuli fine NTIA numquam dubitaueram.) Pro uocabulo eraso additur Tironiana nota ђ, quam 'Amantius' (non 'Amantia') legi posse concedit Guil. Schmitz harum rerum peritissimus, quamquam magis de 'Amius' cogitat. Ad ea autem quae in ind. rer. de nominibus Amantia (= Geliebte), Amantius congessi h. l. addendum est Priscillianum, si Sulpicio Seuero credimus, Euchrotiam eiusque filiam Proculam amasse, de Amantia proprie sic dicta nil constare; pro 'Amantius' uocatiuum 'Amanti' desiderari uix monendum est; uocem uero 'Felix' post 'lege' (uid. p. 56, 27), ne et ipsam pro nomine proprio habeamus (cf. e. g. Rade, Damasus p. 10; Faustin. et Marcell. lib. prec., Migne 13, 81 sq.), moneo etiam in Theodulfi bibliis et in cod. L, de quibus in cap. III agam, inscriptum esse 'lege felix' pro sollemni 'lege feliciter'. Sed et illud dubium est, utrum tota subscriptio 'lege felix — domino nostro' ab ipso Priscilliano profecta sit an a librario saec. V—VI, neque hoc liquet, cur in ipso codicis principio = p. 3, 9 ed. nostr. nomina Tiberiani et Asarbi haereticorum non deleta sint, nomen Amantiae exstans loco minus periculoso deletum. Quod uero folii 32[1], 93—95[1] et 121[1] margines resecti sunt, si quem iuuat, credat etiam in his olim fuisse quaedam, quae inquisitoris oculis subtrahenda essent; ego iam transeo ad certiora.

Liber noster nunc constat quaternionibus XVIII (quorum tamen unus fuit quinio, alius senio, qui ab ipso librario paruis laciniis relictis ita sunt curtati, ut textui nihil desit); cohaerent enim folia hoc modo:

quat. I = fol. 1—6 (foliorum duorum ante fol. 1 olim antecedentium quae uetus librarius uacua esse uoluerat, prius exsectum est, posterius illos uersus biblicos et nomen bilihilt praebet, de quibus supra p. X egi).

quat. II = fol. 7—14
„ III = „ 15—22
„ IV = „ 23—30
„ V = „ 31—38

quat.	VI	=	fol. 39—46	
fasc. (erat quinio)	VII	=	„ 47—55	exsect. — 55 47 — 54 48 — 53 49 — 52 50 — 51
quat.	VIII	=	„ 56—63	
„	IX	=	„ 64—71	
fasc. (erat senio)	X	=	„ 72—81	72 — 81 73 — exsect. 74 — exsect. 75 — 80 76 — 79 77 — 78
quat.	XI	=	„ 82—89	
„	XII	=	„ 90—97	
„	XIII	=	„ 98—105	
„	XIV	=	„ 106—113	
„	XV	=	„ 114—121	
„	XVI	=	„ 122—129	
„	XVII	=	„ 130—137	
„	XVIII	=	„ 138—145.	

Quodsi in folii 137ᵇ inferiore margine legimus manu ut uidetur prima numerum XVIIII et in folii 145ᵇ infimo margine numerum XX, concludendum est duos quaterniones intercidisse; quorum alterum post fol. 55, alterum post fol. 121 fuisse est quod suspicemur. Uetus igitur librarius cum ex more etiam alias usitato in ultimorum foliorum inferioribus marginibus numeros posuisset, posterioris aeui lectori — eundem esse putes qui scripsit 'pro elim. eccone', uid. supra — alia numeratio placuit; in quaternionum enim primis foliis superiori margini litteras inscripsit, quarum pars periit, cum postea marginibus bibliopega cultrum admoueret, pars seruata est, unde legitur in fol. 106ᵃ littera **p**, 114ᵃ **q**, 138ᵃ **u**; si igitur 13 litteris abcdefghilmno usus est ad insigniendos 13 quaterniones et litterae pqu cum nostris fasciculis 14, 15 et 18 concinunt, unum tantum inde a saec. VIII—IX intercidisse quaternionem liquet, quem post fol. 121 sedem habuisse et littera r insignitum fuisse necesse est; alter autem quaternio (post fol. 55) iam tum, cum litterae numerantes inscriptae sunt, interciderat, id quod homo saec. VIII—IX non perspexit.

Totus codicis contextus, si unam exceperis subscriptionem tract. I, quae capitales praebet litteras, uncialibus quos dicimus characteribus unius librarii manu pulcherrime exaratus est saeculo, ut uidetur, quinto uel sexto; nam et correcturae, quae multae sunt, a primo librario additae sunt et illi loci, qui scriptura magis ardua et coartata scripti sunt (⟨28, 24⟩; 55, 23; 61, 5; 64, 14; 87, 19; 90, 14), a primo librario proficiscuntur, qui, cum propter archetypi difficiliores lectiones nonnumquam spatia uacua et ea interdum nimis angusta reliquisset, dum corrigendi causa totum opus retractat, imposuit quae omiserat. Nullius uero momenti sunt exigua manuum posteriorum uestigia, quae dubitanter indicaui ad 3, 9. 12; 25, 6; 26, 11; ⟨56, 27⟩; 59, 11; 78, 20.

Specimen scripturae exhibui in libello supra p. VIII citato; photographicas autem imagines transmisi nonnullis uiris doctis, qui, quantum ex una uel duabus paginis concludi potuit, ita de codicis aetate iudicarunt: L. Delisle saec. VI, H. Hagen saec. VI, G. de Hartel saec. VI, A. Holder saec. V, Guil. Meyer saec. V—VI, H. Omont saec. VI fin., A. Reifferscheid saec. VI—VII, Th. de Sickel saec. VI init., Guil. Studemund saec. VI, Guil. Wattenbach saec. VI—V, C. Zangemeister s. VI—V. Quae iudicia considerantem me totius codicis naturam a sententia, quam ego proposueram saec. V uel VI librum uindicando, deflectere non cogebant. Uenustam enim codicis uetustatem cognosci puto his fere rebus: 1) in inchoandis tractatibus, excepto II (III et IX), librarius noster eo artificio uti solet, ut tres uersus minio scribat, id quod in aliis quoque codicibus perantiquis factum esse scimus (cf. Wattenbach, Schriftwesen[2] p. 203 sq.); 2) ornamenta et litterae pictae, quibus posterior gaudebat aetas, nusquam apparent, nisi quod simplicissimae uirgulae et lineae in tractatuum potissimum fine adduntur (similia habes in euangeliorum uett. codd., quos publici iuris fecerunt Tischendorf, Rettig al., nec non in Gaii edit. Studemundiana p. 187. 251); 3) scriptura quam dicunt continua per totum codicem obtinet, uid. infra; 4) in dirimendis uocabulis in uniuersum uetustior mos latinus obseruatur, uid. infra; 5) interpunctio fere prorsus deest, uid.

infra; 6) in inchoandis foliis et paginis prima littera eminere solet praeter ceteras; 7) compendiorum scripturae et abbreuiationum modestissimus est usus, uid. infra; 8) orthographia formas praebet antiquissimas. — Singularum litterarum formas describere conatus est Ant. Oegg in libro 'Versuch einer Korographie der Erz- und Grossherzogl. Haupt- und Residenzstadt Würzburg', I (1808), p. 321—328; sed neque prodest neque delectat haec descriptio; tacet Oegg de singulorum tractatuum argumentis et ne Damasi quidem nomen expiscatur; quod uero quasi inscriptionem totius codicis p. 321 ponit 'tractatus ad populum, benedictio super fideles' (= tract. IX—XI), ex schedula quadam quae saec. fere XIV scripta et in ligneum codicis tegumentum agglutinata est transcripsit.

In singulis paginis lineae 21 incisae sunt, aequis interuallis distantes, a dextro et sinistro latere lineis uerticalibus clausae; saeptum igitur intra quod scribitur spatium est 0,163 alt., 0,095 lat.; litterae in singulis lineis exstant 17—24.

Omnis textus ut dixi scriptura continua et tali modo scriptus est, ut singula uerba non separentur, sed arte inter se cohaereant; quae res quamuis legentis oculos facile fallere possit, tamen curiosius intuenti grauiores difficultates non praebet; itaque legi 44, 6 'uel ut', non 'uelut'; 48, 17 et 56, 14 'de persuasione', non 'depersuasione'; 77, 21 'de propiato', non 'depropiato', sim.

Interpunctione fere non utitur librarius, nisi quod modo ante et post, modo solum post nomina propria (uelut 17, 29; 18, 5; 19, 1) puncta quae uocantur excellentiae ponit, quem tamen morem idem haud raro neglegit. Extra nomina propria multo rarius adhibentur puncta (15, 4 'dextris · ut'; — 15, 13 'mors · ostenditur', qui locus est corruptus; — 19, 13 'abii · ecce'; — 19, 17 'alibi · nocti'; — 31, 18 'adora · testimonium'; — 65, 9 'singulis · quibusque'). Sed interpunctionis loco librarius alio utitur instituto, quo textus commodius et dilucidius legi possit; post peractas enim maiores periodos uel in inchoandis citationibus biblicis saepe ad nouam lineam procurritur ita, ut quae proxime antecedit linea non usque ad finem

scriptura compleatur et in noua linea primum elementum modo prosiliat extra incisam regulam uerticalem ac superet altitudine ceteras litteras, modo recedat post regulam. Interdum etiam intra uersum spatiola relicta sunt, quo facilius legentes singula cola secernerent. In editione sane nostra, — in qua adornanda ne nimia et inutilis interpunctio grassaretur mihi cordi erat, — omnibus fere eis locis, ubi librarii litterae uel prominent uel recedunt uel ubi spatiola admittuntur intra uersum, interpungendum erat his signis: , ; . : ! ?, uelut ante 3, 6 gloriosum; 4, 8 quamuis; 4, 14 agnoscentes; 5, 6 quis; 5, 11 ego; 5, 12 et (post 'me'); 5, 14 item. Nonnumquam librarium quod ad nouam lineam non procurrisset uel spatium non reliquisset paenituit; disiuncturus igitur sententias signum κ supra uersum appinxit, quod interpretandum esse 'kapitulum' opinor; inuenies hos locos in app. crit. ad p. 5, 15; 6, 19. 25; 8, 4; 10, 6; 73, 1. Adiungam hic alia quaedam signa, quae supra lineam occurrunt; 44, 17 enim, ubi plura uerba omiserat librarius, supra textum addit hd = 'hic deest' et in margine suppeditat omissa. Quid sibi uelit signum r ad 100, 23 additum sed postea oblitteratum, non satis liquet, nam neque de paragraphi signo (Wattenb., Anleitung z. lat. Palaeogr.[4] p. 88) neque de 'et' cogitari posse puto. Item 80, 12 potius diet (s supra) quam diet legendum esse censeo.

In uersuum fine litteris saepe paullo minoribus utitur librarius, ne in nouam lineam procurrere deberet. Alibi ne excederet praescriptam regulam uerticalem, contignauit ligauitque has litteras, si sub finem uersus scribendae erant: ae = æ locis 9; ns = ns locis 12; nt = nt locis 41; ntur locis 2; os = ȣ locis 10; ul = ul loco 1 (66, 12 anguli); un = un locis 2; unt = unt locis 8; ur = ur locis 18; us = us locis 26; ut = ut locis 3. In mediis uersibus non contignauit nisi 28, 25 omne (scriptura ardua); 36, 1 damnentur; 43, 8 probamur, qui loci in correcturis habendi sunt a librario, dum retractat opus, adhibitis. Duobus locis inscripsit ı in c (Itacius 23, 24; apostolici 55, 23), uno loco o in c (coepit 72, 2).

Abbreuiationes in fine uersuum occurrunt hae: ˜· uel ¯· pro ɱ saepissime, sed etiam pro ɴ; ’~ uel ¯ pro ɴ, sed etiam pro ɱ (interdum utrum sit ¯· an ¯ uix dici potest, cum punctulum soleat esse tenuissimum; — ex¯ correxit librarius ɴ 102, 5; — cf. etiam infra ɱ parasit. et oppress.); b· = bus, locis 12; q· = que, loco 1 (‘neque 81, 15). In mediis uersibus praeter eas, quae in subscriptionibus occurrunt (lib. 43, 14; explic. 91, 11; 102, 18; tractat. 91, 11), abbreuiatione uti solet librarius in scribendis uocabulis: deus = ·ds̄· uel ds̄, ·dī·, ·dō·, ·dm̄·; sed in plurali numero semper plena forma exstat; dominus = ·dn̄s·, sic fere ubique, sed antiquius compendium ·dm̄s· occurrit 7, 6; 38, 11; 54, 4; ·dn̄i·, ·dn̄o· cet.; Iesus = ·ih̄s·, ·ih̄u·, ·ih̄m·; Christus = ·xp̄s· sim.; sed formis integris scribuntur antechristus et Christianus; spiritus = ·sp̄s· cet.; sed in cas. obl. plural. formis plenis; sanctus = ·sc̄s· sim.; sed saepius plenae formae adhibentur; pronomen noster, ubi seruit formulis ecclesiasticis, interdum abbreuiatur uelut ·n̄· 10, 9; 11, 15; ·nost̄· = nostro 56, 27; sed frequentiores sunt formae integrae; uno denique loco 86, 4 ‘reliqua’ abbreuiatur rel’.

Quotiens dirimendorum in uersuum fine uocabulorum necessitas erat, librarius illas potissimum leges sequitur, quae ueterem morem latinum redolent (uid. e. g. Mommsen, Phil.-hist. Abh. d. Berliner Akad. 1868, p. 163 sqq.; — opp. Studemund in ed. Gaii p. XXIII sq.); distinguuntur enim hoc modo:

|bl: pu|blicum 41, 12; — *sed:* ob|latio 72, 9; 73, 12; ob|lectatio 99, 16.
|br: ludi|brium, Ne|broel, tene|brae; — in|bris, mem|bra.
b|t: scrib|tum, scrib|tura, rescrib|tum *locis 26.*
|cl: Sa · |clam 19, 3.
|cr: deambula|cra, laua|cri, sa|cra — sa|crificare, se|creto (sic|rebecca *ex* si|crebecca *corr.* 98, 2; — Ch|ristianum 56, 17).
c|t: circumduc|tus, correc|tio, delec|tari, delic|tum, deuic|tus, dic|tum *similia locis 7,* distric|tus, distruc|tio, elec|tus, exspec|tatio, fac|tus *similia locis 13,* instruc|tio, intellec|tus, obiec|tum, oblec|tatio. rec|tor, sec|tari, spec|tabilis, suspec|tus; *aeque in* **c|tr**: doc|trina, *et in* **n|ct**: conpunc|tio, iunc|tus, sanc|tus *sim. locis 9.*
|fr: cata|friga 23, 15.
g|n: ag|nitio, ag|noscere, cog|natio, cog|noscere — recog|noscere, conpug|nare — repug|nare, dig|nus, ig|norare, lig|num, mag|nus — mag|nitudo, malig|nus, reg|na, sig|nare *sim. locis 7.*

'gr : chiro'graphum 16, 23.
'i : cu'ius *locis 4,* hu'ius *locis 2;* in'iuria, intro'itum, ob'iecta, sub'iugatio; — obsequi'um 40, 13.
m'n : calum'niosus, contem'nere, dam'nare *sim. locis 6,* om'nis *locis 28,* som'nia.
'pl : exem'plarium, sim'plex, tem'plum.
'pr : de'praecari, de'prauare, pro'prius, re'praehensus, re'promissiones, su'pra.
p's : ip'se *locis 3.*
p't : Aegyp'tus, bap'tismum, cap'tus, corrup'tus *sim. locis 3,* praecep'tum *locis 4,* prop'ter *locis 4,* scrip'tum *sim. loc. 5,* suscep'tus, uolup'tarius; *aeque in* **mp't**; adsump'tio, promp'tus (75, 1 *ubi* p *in margine),* redemp'tio, temp'tare *sim. locis 4.*
s'b : pres'byteris 49, 25.
s'c : adsues'cere, agnos'cere *et* cognos'cere *locis 6,* as'cendere *sim. locis 3,* concupis'centia, dis'ciplina *sim. locis 4,* epis'copus, erubes'cere, excandes'centia, mis'cere, mus'cipula, nas'ci, nes'cire, perhorres'cere, — obs'curitas 28, 9; — *quin etiam* ins'candalum 34, 19; — *cf. etiam* praesumens'caro *ex* praesumensc'aro *corr.* 65, 24;
s'ch : pas'cha *locis 3; sed:*
'scr : in'scribtum, circum'scribere, per'scrutari.
s'm : baptis'ma *sim. locis 3,* cataclis'mus, scis'matici *locis 2,* chris'ma.
s'p : des'picere, dis'pensatio, dis'ponere *sim. locis 5,* dis'putare, res'puere *locis 3;* — res'plendere 31, 25.
s't : aes'ternutatio, antechris'tus, apos'tolus *sim. locis 7,* bes'tia, caeles'tis, Caesaraugus'tanus *locis 3,* cas'titas *sim. locis 6,* desis'tere, domes'ticus, eclesias'ticus, exis'tere, funes'tus, ges'ta, his'toria, ius'tus *sim. locis 4,* magis'terium, minis'terium, mys'terium, nos'ter, olochaus'tum, os'tendere, pes'tilentia, pos'tulare, potes'tas, quaes'tor, sus'tinere, tes'tis *sim. locis 10,* uenis'ti; — praes'tare 42, 23; 104, 1; ins'tituimus 10, 1; ins'tituta 37, 18; *sed* in'stituta 65, 16; 72, 13; *semper* con'stare *sim.,* sub'stantia; post'haec.
s'tr : dis'trui, Is'trahel, nos'trum *sim. locis 13,* terres'tris, ues'trum *sim. locis 7;* — demons'trat 75, 2, mons'trare 86, 14; *sed* mon'straret 90, 3; demon'stans 98, 4; mon'stantur 62, 10; demon'staatio 69, 8.
'tr : arbi'tror, fra'tres, nu'trire, pa'tris *sim. locis 4,* Pe'trus; — con'tra, in'trare *sim. locis 4;* — ob'trectatio, doc'trina.
'x : ample'xu, di'ximus, edi'xisset, edu'xi, eni'xa, obno'xius, sa'xeus; — ex'altare 14, 21; ex'euntes 96, 14.
adiungere placet haec: abs'que, an'athema, eu'uangelium, id'est, lin'gua, quem'admodum, red'arguens, semet'ipso, uel'ut (72, 12; 77, 12).

Orthographiam maxime fluctuantem non mutandam esse duxi; nil igitur mirum, si in una eademque pagina

promiscue occurrunt diiudicare et disiudicare, eclesia et ecclesia, inpius et impius, profeta et propheta, sensus et sensuus, zezania et zizania, al. Quarum rerum indicem, cum praesertim ex parte ad uocalismi quem dicunt et declinationis et adeo syntaxis leges potius pertineant quam ad orthographiam, hic repetere supersedeo, quoniam et in Woelfflini Arch. f. lat. Lexikographie, tom. III, p. 311—314 grauiores consonantium et uocalium mutationes descripsi et uniuscuiusque uocabuli orthographiam qualis est in codice accurate expressi in indicibus meis; in quibus euoluendis non errabis, si attenderis ae et e, e et i (de et di), u et o, ph et f saepe inter se permutari, aspirationem h modo addi modo demi contra nostrae aetatis morem, praepositiones assimulari non solere. Sufficiet igitur hoc loco ea enumerare fluctuantis orthographiae uocabula, in quibus librarius, alioquin modo hanc modo illam formam admittens, correcturis indicauit, utram formam meliorem esse censeret; sunt fere hi loci: aelementum *ex* elem. *corr.* 60, 21; cottidianus *ex* cotidianus 70, 16; demonstrans *ex* demonstans 98, 4 *[uid. supra de dirimenda syll.* s'tr *et* conf^{r}imatus 73, 19; *cf. e. g.* demonstat *et* sinista *apud Commodianum, ed. Dombart, p. 86, 19; 87, 21]*; despicere *ex* dispicere 73, 22; 96, 25; 98, 17; diabulo *ex* zabulo 13, 16 *(ubi debui* diab. *in textum recipere)*; diabolicae *ex* diabulicae 61, 16; (disrumpere *ex* dirrumpere 12, 11); *nom.* fides *ex* fidis 34, 3; his *ex* hiis 88, 17; *nom.* Iohannis *ex* Iohannes 13, 10; iudicabit *ex* iudicauit 41, 15; ligari *ex* legari 46, 19; 83, 14; parabola *ex* parabula 8, 17; 12, 22; 28, 8; (populus *ex* pupulus 60, 22; 88, 4; 94, 7); pretium *ex* praetium 95, 24; saecularis *ex* secularis 83, 1; sollemnia *ex* solemnia 71, 1; spiritus *ex* spirituus 13, 11; terrenus *ex* terraenus 60, 6; 62, 4; — *cf.* consuetudo, corruptela, cyparissus, languescere, synagoga, tolerabilis, typus *sim.* Sed de alia quoque re in multis uetustis codicibus conspicua h. l. dicendum esse uidetur. Littera enim m nunc superflua et quasi parasitica in fine uocabulorum additur, nunc ubi deesse non debuit opprimitur. Retinui ubicumque ferri potuit codicis scripturam; saepe autem littera m, ubi in uersus fine apparet, per ¯ exprimitur (cf. supra p. XVI), quam rem in hac quoque tabula obseruo.

I. m parasiticum a) remissionem concessa 5, 4; omnem excelsum uidet 25, 12; supra omnem' nomen 30, 3; (erexit cornum 32, 19); non modicam indulti operis magnitudo 48, 9; sciens conscientia¯ 55, 13; consuetudinem'

familiariter admonente 69, 13; [interpraetationem' indigere 69, 10; 87, 9; *opp.* 9, 27]; pugnantia ~ uiscerum inpatienter accipere 98, 4 (?). b) *post praepositiones, quae a nobis cum ablatiuo coniungyntur:* passus in carnem 39, 13; a constitutionem mundi 47, 6; in canonem non legimus 48, 7; in canonem non uidemus 50, 2; in crucem' Christi moriatur 73, 15; cum uniuersa uitiorum abolitione ~ 73, 16; quid respondeam in accusatione ‾ mea 84, 19; Christus in passionem suam *(erat* sua*)* uicit 92, 14; [in intellectum agnoscere 95, 14]; confiteri in loquella ~ 105, 5. c) *deleuit ipse librarius* m *superfluum:* unitam in dei uirtutem substantiam 5, 9; sollicitam mente' *(leg.* mentem*)* inquisitionem tardauit 88, 7; partim nostro partim corporis metum 93, 21; quo mihi istam' 98, 6.

II. m oppressum a) magnitudine Christi uenerabilem 5, 9; septe' 25, 22; gloria mea non dabo 27, 21; [disceptatione non timeat 46, 11]; Hierusale 52, 4; [quod scripti forma' retineret 52, 21 (?); — amplexu excedere 75, 17]; sollicitam mente' inquisitione tardauit 88, 7. b) *post praepositiones quae a nobis cum accusatiuo coniunguntur:* uenit in carne' 7, 18; 21, 22; 55, 6; in perditione ibit 15, 20; per procreatione 20, 13; de die in die 57, 9; per natura 71, 9; secundum carne 75, 2; intra errore 104, 3.

c) m *oppressum a librario postea additur:* ueniens in carnem 28, 13; [parem 87, 19; in passionem suam uicit 92, 14 *(cf. supra I b)*]; — *falso correxit librarius* sollicitudine *ex* sollicitudinem 35, 19.

Littera s *quoque interdum parasitice additur, uelut:* catholicos ore 37, 20; potestatis 66, 20 ['ab apostolos dictum' 44, 6 *utrum pro* ab apostolo *an pro* ab apostolis *exhibeatur non satis liquet; 44, 10 enim de omnibus apostolis, sed 44, 12 sqq. de uno apostolo Iuda sermo fit;* — *ex* quos alteri *correxi* quo si alteri 60, 8]; — s *superfluum ab ipso librario oblitteratur:* 3, 9; 14, 8; 88, 8. 19; (90, 7); 95, 9; 102, 1.

Cf. etiam m *et* s *inter se mutata infra in correcturarum catalogo.*

Accedamus iam ad correcturarum quae sunt plurimae examen. Librarius igitur perscripto libro, ut supra p. XIII diximus, relegit et retractauit opus et multis locis, ubi archetypum male transcripserat, emendauit. Persuasum autem habeo pleraque recte correxisse librarium ideoque eius correcturas fere omnes in textum meum recepi. Quodsi in correcturis exarandis pallidiore interdum atramento librarius usus est et quosdam locos coartata scriptura exhibuit (uid. supra p. XIII), non est quod de secunda manu cogitemus. Agitur uero a) de totis sententiis supra lineam (uelut 3, 12; 6, 22) uel in margine (16, 2; 44, 17) addendis; b) de singulis uocabulis addendis uel delendis; c) de singulis syllabis et d) de singulis litteris corrigendis. Suprascriptas litteras paullo minores esse et dimi-

diam fere altitudinem habere earum quae in textu sunt litterarum, semel moneo. Quae essent delenda aut lineis transuersis oblitterauit aut superpositis punctis notauit aut erasit librarius; haec correcturarum genera ad unius, ut dixi, librarii manum referenda cum in apparatu meo quanta potui diligentia excusserim, sufficit h. l. commemorare quibusdam locis duo corrigendi genera esse coniuncta, uelut 5, 10; 6, 2; 13, 4; 56, 7; 97, 18.

Operae pretium est uidere in quibus potissimum syllabis et litteris, cum primam transcriptionem faceret, librarius errauerit; qua quaestione etiam ad eruendum archetypi scripturae genus poterit lux quaedam afferri, quamuis non omnia inter se quadrare uideantur. Dittographiae (42, 5; 56, 12; 59, 22; 86, 4; 104, 19) autem et haplographiae (60, 5; 65, 27; 70, 1) exempla et quae correxit librarius in collocatione uerborum (10, 21; 21, 6; 22, 13; 28, 25), quatenus sint referenda ad archetypi formam, h. l. omittamus; monendum tamen est etiam litteras ᗰ et ꜱ, de quibus supra egimus, per dittographiam exhiberi (uelut 47, 6; 53, 16; 59, 18). Lacunam quam indicaui ad 93, 12 in archetypo non fuisse uerisimile est, in quo etiam, ut taceam de aliis, 16, 3 'pretioso sanguine' et 46, 20 'in collo eius' fuisse suspiceris.

Iam rem ita instituam, ut in singulis corruptelae generibus, ubicumque fieri potest,

sub *1)* ea proferam quae correxit librarius,

sub *2)* quae ego correxi, librarii more cognito;

eos locos, quos uncis [ ] seclusos addam, infra quoque in librarii falsis correcturis inuenies. Eorum autem qui sequuntur articulorum uelim semper compares inter se artiore cognatione coniunctos, uelut 'E ex I' cum 'I ex E', 'ER' cum 'RE', 'ET' cum 'UT'.

A additur *1)* 3, 11; uid. etiam AЄ ex Є corr.

A deletur *1)* 24, 14; 91, 4; [74, 24] *2)* 67, 15

A ex AЄ corrigitur *1)* 14, 19; 21, 12; 104, 12; [14, 13; 69, 8; 96, 12] *2)* 7, 24; 64, 19; 86, 7

A ex Є *1)* 101, 7 *2)* 21, 21

A ex I *1)* 53, 26; 70, 7; 71, 12; 73, 1 *2)* 15, 21

A ex O *1)* 6, 19; [62, 15]

A *ex* U *1)* — *2)* 59, 22

AЄ ex A *1)* [33, 10; 70, 9] *2)* 83, 22; 98, 23

AЄ ex Є *1)* 13, 20; 30, 19; 35, 15;

60, 21; 65, 2; 67, 12; 83, 1; 87, 16; [96, 19]
2) 3, 12; 6, 19; 12, 19; 14, 14; 25, 6; 30, 11; 41, 23; 45, 14; 48, 15; 49, 1; 57, 11. 13; 70, 20; 75, 13. 19; 95, 5; 96, 14; 99, 18; 100, 23

ⲁⲓⲧ additur *1)* 5, 18; 11, 17

ⲃ ex **ⲩ** *1)* 40, 17; 41, 15; 59, 19

ⲃⲁ additur *1)* 4, 15

ⲃⲓ additur *1)* 30, 5; cf. 8, 18

ⲃⲩ additur *1)* 53, 24; 81, 1; 91, 3

ⲥ additur *1)* 67, 8; 84, 4
2) 32, 16; 55, 20; 91, 6

ⲥ deletur *1)* (18, 15); 78, 12; [100, 14]
2) 61, 7

ⲥⲉ additur *1)* 88, 23

ⲥⲓ additur *1)* 62, 16; cf. 29, 9

ⲇ additur *1)* — *2)* 105, 17

ⲇ deletur *1)* 10, 6; 53, 3; 83, 25; [55, 22]

ⲇ ex **ⲧ** *1)* 65, 4; 97, 18
2) 103, 19

ⲇⲉ additur *1)* 29, 15; 48, 22

ⲇⲉ deletur *1)* 63, 7

ⲉ additur *1)* 20, 23; 48, 18; 72, 25; 83, 9; [78, 23]
2) 101, 25

ⲉ deletur *1)* (38, 5); 54, 1
2) 56, 10; 78, 20

ⲉ ex **ⲁ** *1)* 24, 3; [70, 11?]
2) 21, 21; 56, 19

ⲉ ex **ⲁⲉ** *1)* 4, 9; 28, 11; 60, 6; 62, 4; 70, 20; 83, 10; 95, 24; 97, 18; 101, 3. 25; [4, 14; 69, 8?]
2) 54, 15; 59, 20; 67, 23; 74, 20

E ex **ⲓ** (cum librarius in textu semper unciali quae dicitur forma utatur **ⲉ**, in his correcturis saepissime capitalis forma **E** apparet ita, ut ad **ⲓ** tenues lineolae appictae sint) *1)* 4, 5; 7, 8; 23, 3; 28, 21; 29, 5; 32, 14; 34, 3; 47, 4; 48, 18; 57, 15. 16; 62, 3; 64, 9; 65, 6(?). 7; 66, 9; 71, 8; 72, 2; 73, 22; 77, 1; 83, 11; 84, 3; 85, 4. 7; 88, 18; 90, 6; 92, 3. 17; 93, 19; 94, 10. 23; 95, 7. 12; 96, 11. 25; 98, 17; 100, 9. 10; 103, 8; [4, 19; 24, 17; 70, 8; 93, 20]
2) 4, 18; 14, 14; 15, 20; 18, 30. 31 *bis;* 23, 3; 33, 12; 42, 14. 15 *bis;* 45, 11. 22 (?); 49, 3; 51, 20; 55, 24; 57, 14; 64, 8; 75, 15. 18; 79, 2; 81, 16; 83, 21; 85, 3; 88, 7; 94, 22; 100, 6; 103, 11

ⲉ ex **ⲟ** *1)* 58, 7; 71, 7; 85, 8; 88, 21

ⲉ ex **ⲩ** *1)* 24, 11; 78, 20; (84, 16)

ⲉⲣ additur *1)* (60, 5); 93, 3

ⲉⲣ deletur *1)* 28, 6

ⲉⲥⲧ additur *1)* 30, 4; 64, 18; 79, 2; 87, 8

ⲉⲥⲧ deletur *1)* 56, 12

ⲉⲧ additur *1)* 20, 14; 26, 11; 29, 15; 71, 19; 72, 8; 74, 9; 90, 12; 98, 23; cf. 104, 8
2) 44, 2; 60, 5; 65, 27

ⲉⲧ deletur *1)* 77, 16; 83, 3. 25
2) 30, 15

ⲉⲧ ex **ⲩⲧ** *1)* 8, 16; 84, 16

ϭⲉ additur *1)* 70, 8

ϩ additur *1)* 73, 24; cf. 92, 5

ϩ deletur *1)* 22, 19

ⲓ additur *1)* 8, 13; 19, 18; (23, 24); 32, 15; (55, 23); 58, 4; 62, 13; 67, 1. 13; 71, 4; 72, 7; 74, 25; (77, 5); 83, 6. 23; 88, 2
2) 42, 22; 60, 8

ⲓ del. *1)* 7, 2; 15, 12; 21, 10; 26, 25; 36, 23; 54, 1; 56, 7; 57, 11; 58, 4; 62, 14; 71, 8; 77, 10; (80, 12); 83, 1; 88, 17; 91, 3. 4 *bis.* 5; 95, 4; 96, 25

ⲓ ex **ⲁ** *1)* 66, 15; 76, 9; 94, 20; 95, 4; 99, 20
2) 51, 25

I ex E *1)* 13, 10; 14, 13. 22; 31, 30; 33, 9; 46, 19; 55, 22 (?); 59, 3. 16; 65, 9; 66, 6; 71, 21; 73, 14; 81, 7; 83, 14. 18; 84, 2. 13. 14. 25; 85, 7; 88, 7; 89, 2; 98, 5; 99, 14; 103, 11. 13; [4, 18; 23, 23]
2) 9, 26; 12, 5; 25, 2; 27, 27; 28, 26; 31, 13; 35, 4; 40, 26; 42, 4. 15; 45, 3; 52, 20; 60, 12; 61, 16; 67, 23; 72, 1; 85, 11; 92, 4; 93, 1. 11; 97, 9; 98, 5. 20; 100, 2. 13; 101, 8

I ex O *1)* 43, 9; 57, 6; 77, 5; [94, 14; 101, 21]

I ex U *1)* 19, 17; 23, 20; 42, 14; 59, 6; 85, 6; 99, 23; 104, 10
2) 102, 17

IN add. *1)* 21, 13; 30, 21; 37, 19; 90, 6; 93, 19; 95, 25
2) 20, 7; 30, 22; 40, 27; 82, 4; 87, 17; 93, 1

IN del. *1)* 42, 12; 53, 16. 26; 80, 4
2) 60, 6; 61, 1; 62, 12; 79, 20; cf. 95, 1

IS add. *1)* 81, 7; cf. 28, 24; 87, 19

IS del. *1)* 104, 19

L add. *1)* 65, 6; 71, 1

L del. *1)* 5, 10; 95, 6
2) 10, 20

LO add. *1)* 95, 4; cf. 91, 4

M add. *1)* 28, 13; 40, 14; (53, 25); 63, 12; 72, 6; 92, 14
2) 5, 9; 25, 22; 27, 21 *bis*; 41, 20; 52, 4; 88, 7; 96, 19

M del. *1)* 5, 9; 56, 7; 59, 18; 87, 19; 88, 7; 93, 21; 98, 6; [35, 19]

M ex S *1)* 57, 14; cf. 75, 12
2) 74, 1

N add. *1)* 21, 15; 63, 21 *bis*; 64, 15; 73, 22; 87, 11; 95, 1; 103, 12; [9, 17; 26, 11]

N del. *1)* 19, 25; 99, 11
2) 45, 12; 54, 10

N ex D *1)* 63, 21

N ex R *1)* 84, 12; cf. 58, 3

N ex T *1)* 63, 21

NE add. *1)* 101, 12
2) cf. 95, 1; (100, 17)

O add. *1)* 72, 2; 87, 17; cf. 75, 10

O del. *1)* 77, 5; 93, 5; 94, 20

O ex A *1)* 71, 18; cf. 74, 1

O ex E *1)* 69, 13; 76, 16; 84, 25; 87, 3

O ex I *1)* 6, 10; 54, 6; 58, 20; 81, 13
2) 72, 9

O ex U *1)* 8, 13. 17; 12, 22; 23, 22; 28, 8; 41, 23; 43, 3; 53, 21; 59, 12; 60, 22; 61, 1. 16; 77, 20; 80, 7; 88, 2. 4; 94, 7
2) 76, 24; 94, 23

P add. *1)* 35, 14; 75, 1; 79, 2

R add. *1)* 14, 9; 73, 19; 97, 11; 98, 4
2) 62, 10

R ex D *1)* 79, 15

R ex N *1)* 35, 14; 74, 23

R ex S *1)* 43, 8; 77, 25

R ex T *1)* — *2)* 79, 25

RE add. *1)* 4, 15; 35, 27; 40, 15; 87, 4
2) 35, 4. 24; 101, 12

RE del. *1)* 74, 14
2) 88, 5

S add. *1)* 18, 15; 22, 13; 52, 12; 68, 9; 71, 4; 73, 13; 77, 5; 84, 3; [14, 8]; — S in fine uocabuli in rasura 43, 8; 69, 13; 95, 19; 97, 24; 98, 2; 100, 19
2) 67, 21; 79, 14

S del. *1)* 3, 9; 53, 16; 75, 12; 88, 8. 19; 90, 7; 95, 9; 102, 1
2) 37, 20; 66, 20

S ex D *1)* 67, 1

S ex M *1)* 24, 6; 29, 8; 61, 5

S ex R *1)* 12, 11
2) 79, 20; 104, 24

S ex T *1)* 43, 1; 65, 12; 91, 2

SE add. *1)* (32, 9); 50, 14; 66, 1

SI add. *1)* —
2) 61, 11
T add. *1)* 70, 16; 79, 2
2) 52, 11; 96, 27
T del. *1)* 60, 11; 82, 11; 97, 5
T ex ꝺ *1)* 88, 1
T ex M *1)* 19, 9; 76, 12
TA add. *1)* 83, 21
TI add. *1)* 70, 14; 91, 4
U add. *1)* 23, 17; 76, 23; 77, 16; cf. 100, 17. 18
U del. *1)* 13, 11; 64, 5; 73, 9
U ex A *1)* 61, 1; [74, 24]
2) 74, 18
U ex B *1)* 21, 3; 48, 6
2) 73, 9. 21; 96, 25
U ex E *1)* 24, 11; 81, 15
2) 81, 14; (73, 8, ubi mallem non mutassem)
U ex I *1)* 27, 11; 61, 16
2) 26, 6
U ex O *1)* 91, 5
UI add. *1)* 73, 21; cf. 104, 18
UR del. *1)* 32, 9; 94, 13 (?)
2) 15, 13 (uid. corrigenda p. 224); 67, 21
UT add. *1)* 6, 3
2) 95, 2; 102, 12
UT del. *1)* 53, 25; 57, 4
X ex S *1)* 104, 13; cf. 12, 10
X ex T *1)* 83, 12.
Y ex I *1)* 12, 16 (?); 29, 1; 99, 5 (ubi in textu meo leg. 'synag.')

Aliae librarii correcturae occurrunt his locis:

3, 4. 12	23, 22	54, 1. 2	85, 12
4, 2. 5	24, 17. 27	56, 6. 17. 27	86, 15
5, 10. 20	25, 10	61, 6	87, 16. 19
6, 2. 22	26, 11	62, 14. 16	90, 4
8, 18	28, 17. 25	63, 20	91, 4
9, 3. 17	29, 8. 9. 15	65, 24	92, 5
10, 10. 21	30, 5. 14 *bis*. 15	66, 17	93, 12
11, 7	31, 29	67, 5. 21	94, 24
12, 7. 10. 15. 16	32, 9. 14. 22	69, 8	95, 1. 11. 25
13, 1. 4. 16	34, 7	70, 9	96, 8
14, 18. 21	35, 27	71, 5. 13	98, 2
16, 2	38, 5	72, 14	100, 15
19, 2. 8. 25	41, 11	75, 2. 12. 21	101, 24
20, 14. 21	42, 10 *bis*	78, 2. 5. 20	102, 5. 7
21, 6. 12	48, 10	79, 2. 20	103, 10
22, 1. 11. 13	50, 23	80, 12. 20	104, 26.

Quibusdam locis librarius inchoauit potius quam recte perfecit correcturam, uelut 22, 11; 30, 14; 59, 11; 60, 5; 61, 1; 67, 1; 68, 9; 70, 20; 73, 9. 21; (74, 24); 91, 5.

Nonnullis locis, ubi falso mutauit librarius, priorem lectionem retinui, uelut

4, 14. 18 (erubesc.). 19	9, 17	23, 23	26, 11
5, 10 (~ rum)	14, 13 (nostrae)	24, 17	33, 10

35, 19	69, 8 (dispos.)	78, 23	96, 12. 19
54, 15	70, 8. 9. 11	93, 20	100, 14
55, 22	(74, 24)	94, 14	101, 21;
62, 15			

ad quae nescio an addenda sint: 4, 15 (ascendet); 7, 2 = 15, 12 = 26, 25 (daemonium = *daemoniorum*); 8, 18 (nos); 28, 6 (ostenderis); 73, 24 (olocaustum); 80, 12 (diei); 94, 20 (aeterno); ubi eae quas modo uncinis inclusi formae lectionem rectiorem exhibere uidentur. — Aliis locis quae falso correxerat iterum ipse librarius oblitterauit, uelut 5, 8; 14, 8. 12; 22, 13; 26, 5; 75, 10; 88, 18; 91, 4; 104, 7.

Ego, ut dixi, quam potui religiosissime codicis textum seruaui, quamquam fieri non potuit, quin praeter multos locos eos, quos supra p. XX—XXIII sub *2)* protuli, librarii aliquot errores remouerentur; correxi igitur et saepe addidi meo Marte:

[15, 12 ubi cum librarium uidissem nonnumquam nomin. mutare in accus., uelut 22, 13; 38, 5; 42, 11; 57, 14; 71, 4; 75, 12 (cf. 27, 21; 74, 1; 52, 21), uice uersa accus. in nomin. mutare conatus eram (cf. 35, 26 et Arch. f. lat. Lex. II, 567 al., sed etiam 73, 21); at uid. corrigenda p. 224.]

16, 3	50, 15	72, 9
22, 13 (Manetem). 15	51, 1	75, 17 (infinitatis)
35, 26	55, 4	76, 2. 27
39, 1	56, 10	84, 17
40, 29	58, 2	85, 11 (uirentis *et* prof.)
45, 11	59, 22	96, 8
46, 24	65, 17	99, 7. 22
47, 3	67, 21 (discit)	101, 25
48, 11	70, 1	105, 17;

praeterea inde a 70, 13 — 72, 13 et 105, 7 sqq. singulas litteras suppleui.

Multos locos non correxi, quamquam et ex eis quae supra p. XX sqq. diximus et aliunde facile remedia potuerunt hauriri. Praeter res enim orthographicas, quas in uniuersum non mutandas esse censui, etiam declinationis et coniugationis formas spurias saepe retinui et in syntaxi, uelut in praepositionum rectione uel in modorum uariatione ut concinnitate Priscilliani sermo careret indulsi. (Uideas quae de declin., coniug., modis, perfectis, praepositionibus, singularum casuum rectione sim. collegimus in indice uerborum et in Arch. f. lat. Lexikogr. III, p. 314). Magnum igitur in apparatu nostro inuenies numerum talium locorum, quos, licet suspectos dixeris, tamen contra codicem ex coniectura mutare nolui:

4, 2 (noluimus)
5, 1. 10
7, 18. 23. 26 (legens)
10, 1 (reuelabantur)
11, 14
12, 14 (etiam)
13, 10
14, 7
15, 20 (perditione)
17, 8
18, 29
20, 13
21, 3 (idolatria). 12. 13. 16. 22
22, 7. 16
24, 20 (Roensch). 22
25, 12
27, 5. 19. 30
30, 3. 5. 15 (amplectimur). 18
31, 7
32, 12. 16 (credent). 19
35, 14 (sit sed sit)
36, 1. 3. 4. 22 *bis*
39, 2. 10. 13. 24 (Loofs)
40, 6
41, 9. 10. 11 (ut). 13
42, 1
43, 5. 6
46, 11. 22
48, 7
49, 6. 7. 24
50, 1. 2. 22
51, 20 (Eussner)
52, 15. 21
53, 1. 8
54, 23
55, 6. 13
57, 9
59, 2
60, 4. 7. 8 (in baptismum)
61, 2 (herena)
63, 2. 17
64, 15 (nec)
65, 25
66, 3
67, 23 (erudit)
69, 7 (significatio)
70, 9 (omne *et* aut loquitur)
71, 9
72, 2 (inchoare). 13. 16. 22. 23
73, 15. 19 (in baptismum). 21 (numerum)
75, 2 (carne). 3 (ut). 4. 17 (amplexu)
77, 4. 6
78, 8
79, 5
80, 11. 12 (consummatis)
81, 1 (exsuentes). 5. 8
82, 12. 13. 16. 18
83, 4. 23
84, 24
85, 6 (ignorantes). 7 (uellitis). 11 (permanentes). 13
87, 11
88, 3
89, 1
90, 5. 19.
92, 13
93, 3 (e deo). 18. 22
94, 17
96, 20
98, 4 (pugnantia;). 8
99, 3. 12. 17. 23 (uincamus)
100, 1. 11. 17 (agnitio)
101, 8. 9. 17
104, 3. 19 (et). 21 (Roensch). 25 (Roensch)
105, 1. 2 (Roensch). 5.

Postremo ne parum perpendisse uideamur sermonis Priscillianei difficultates, liceat alias quoque hic proferre coniecturas a me neque in textum neque in apparatum receptas, quarum magna pars eo nititur fundamento quod supra p. XX sqq. dedimus; cf. praeterea quae infra (p. 224) ponam corrigenda. Conici igitur potest:

3, 7 et *pro* ut
9, 18 intellexerunt, certe cor *pro* int. recte, cor
12, 6 abalienari *pro* abalienare
14, 1 liberabit *pro* liberauit; *similia cf. in ind. uerb. sub 'perfecta'*
14, 17 inperitus *pro* ritus
16, 5 depraedetur *pro* depraedatur
16, 15 dies et tempora *pro* dies tempora
17, 7 tinea *pro* tinia
17, 18 expectent *pro* expectant
18, 6 Apollion *pro* Apolleon
18, 22 stultitia *pro* stultitiae
18, 29 e terra *pro* et fera
19, 1 parturiat *pro* parturiens (cf. 85, 11 proferatis *pro* proferentes)
19, 9 cooperiant *pro* cooperiat
20, 23 ut ∼ simus *pro* et ∼ sumus
23, 2 sacrilegorum *pro* sacrilegiorum
23, 14 Patripassiana *pro* Patrepassiana
23, 23 antehac *pro* ante hoc
24, 2 maledictis *pro* maledicti
25, 2 igne *pro* ignis
26, 2 sic *pro* si
28, 26 scire et uerbi opus *pro* scire uerbi. Opus
29, 8 potestatem *pro* pietatem
29, 15 Barbelon *pro* Barbilon
30, 13 profetatur *pro* proferatur
31, 17 uerum *pro* uero
32, 16 profetiam (Roensch) *pro* profetiae
37, 19 ingenii ∼ studii *pro* ingenia ∼ studia
38, 24 quis in Ofitas *pro* quis Ofitas
39, 20 dimiserat *pro* demiserat
41, 11 et *pro* ut
43, 12 diebus *pro* in diebus
44, 18 omnem de *pro* omnem et de
45, 20 fidem deo *pro* fidem in deo
46, 7 iniustae *pro* iustae
46, 20 asinariam in collo eius et *pro* as. et
48, 17 colunt *pro* uolunt
49, 26 et euangelistae uerbis *pro* et in eu. uerb.
49, 29 inseritur *pro* inseratur
50, 3 aut eorum qualiter *pro* aut qualiter (Brandt)
52, 4 uideret *uel* inuaderet *pro* inuideret
52, 21 retinet *pro* retineret
52, 25 esto *pro* est (Eussner)
54, 16 sic *pro* si
55, 6 inuideat *pro* inuidet
56, 19 leguntur *pro* legunt
— etiam quae *pro* quae etiam
57, 12 naufrago *pro* naufragio
58, 7 nostros *pro* uestros
59, 11 pupillum et iustif. *pro* pup. iust.
60, 13 ut etsi *pro* ut si
61, 10 uixit *pro* uicit
62, 18 in initio *pro* initio
64, 19 cui *pro* cuius
69, 8 in nobis *pro* in nos
69, 12 sup. uirtutum indices *pro* sup. indices
71, 24 natura claudetur quoniam *pro* nat. quon.
72, 8 in lege ueteris testamenti *pro* in uetere testamento *(cf. app. crit.)*
73, 2 in salutem *pro* in salute
76, 14 nihil huiusmodi *pro* nihil in huiusmodi
79, 5 in annuo numero *pro* in anno num. (Brandt)
80, 3 obaudiendum fidei et *pro* ob. et
83, 15 uelut *pro* uel (Roensch)
84, 12 sicut *pro* sic et
86, 14 inluminetur *pro* inluminet
87, 3 etsi *pro* si
88, 11 peccati *pro* peccatis
93, 3 ut *pro* et
93, 17 neque exordio *pro* neque in exordio
94, 9 semper *pro* se[1] per

95, 14 in intellectu *pro* in intellectum	95, 24 uoluptas *pro* uoluntas
95, 21 Christo *pro* in Christo	102, 13 regionibus *pro* regibus.

Scholia prorsus desunt a nostro codice. Quibusdam locis glossemata uetera in textu latitare non pro certo affirmare audeo (uid. 'uel' p. 22, 5; 79, 14; 'aut' 70, 9; — 98, 8).

Cruces praefigere difficilibus et corruptis locis non uisum est, at multas inesse difficultates in nostro textu necesse est confiteamur, quae utrum omnes ad ipsum redeant Priscillianum allegoricae et obscurae, ne dicam abstrusae et confusae dictionis amantem an librarii culpa irrepserint dubito. Quod uero et easdem sententias pluribus locis profert (id quod ex indice uerborum et ὁμοιότησιν in Arch. f. lat. Lex. III, p. 309 not. a me allatis facile cognoscitur) et cum Hilarii tum bibliorum eosdem locos saepius allegat (uid. ind. script.), ne in hac quidem re sibi satis constat auctor, sed uarie solet fluctuare.

De bibliis a Priscilliano in XI tractatibus adhibitis alibi fusius me agere posse spero, sed iam nunc haec monenda esse puto: 1) locos biblicos litteris latius dispositis a typographo imprimendos curaui, quamquam Priscillianus eos saepe tangit potius quam accurate citat; 2) in libris uet. test. uelut in Iob, Esaia, Daniel (IV. Esdr.) magis dissentit Priscilliani textus a Uulgata quam in libris nou. test.; habet comma Ioanneum = I. Io. 5, 7. 8; 3) diuersa sunt biblia in XI tract. adhibita ab illis, secundum quae Peregrinus Priscilliani canones emendauit.

In apparatus mei parte secunda patrum quosdam locos suppeditandos esse duxi, qui lectitanti mihi hic illic obuiam facti essent, neque tamen id egi, ut quam plurimos afferrem; facile igitur concedo eorum numerum augeri posse, ad quem iam in indice scriptorum alios locos ⟨ ⟩ inclusos addidi (uid. inprimis Bachiarium, Cyprianum, Hilarium). Haud parui autem momenti esse puto, quod Priscillianum multa ex Hilario Pictauiensi hausisse demonstraui, cuius typicam et allegorizantem interpretandi rationem ad Origenem redire et Philonem notum est; sed et quibusdam locis (69, 7; 70, 19; 91, 10) dedita ut uidetur opera ab illo deflectit Priscillianus et bibliorum alia recensione utitur.

Alius codex si fortasse postea inuenietur, multa quae nunc sunt dubia, fient firmiora; sed quamquam initia XI tractatuum

typis seorsum mandata multarum praefectis bibliothecarum innotuerunt, nemo tamen adhuc me docuit praeter codicem Wirceburgensem alibi usquam tractatus nostros exstare neque Rudolfus Beer, quem anno 1887 lustrantem Hispaniae bibliothecas parum notas ut ad hanc rem animum attenderet rogaui, in illa terra, in qua prae ceteris Priscilliani uestigia superesse crederes, tractatuum Priscillianeorum codicem ullum inuenit.

CAPUT III. DE CANONIBUS PAULINIS EORUMQUE CODICIBUS ET EDITIONIBUS.

Sat multis codicibus Priscilliani in epistulas S. Pauli canones traduntur; addi enim solebant in bibliorum Hispaniensi familia ante epistulas Pauli, qua ex re quanti etiam posterioribus saeculis (cf. Sulp. Seu., chron. II, 51 § 7. 8) Priscilliani eruditio et auctoritas sit aestimata facile intellegitur; neque enim Theodulfus neque alii praesules, qui de tractandis et transcribendis libris biblicis bene meriti sunt, abhoruisse uidentur ab illo haeretici auctoris opusculo et singularis etiam industria impendebatur illis canonibus magnificentissime adornandis, quandoquidem meliores eique uetustiores libri litteris pictis et ornamentis in illis ipsis canonum paginis sunt instructi.

Quam incerta autem et exigua fuerit de nostra re apud recentioris aetatis uiros doctos memoria, apparebit ex loco, quem habet Ios. Mar. Thomasius cardinalis, uir doctissimus, cuius 'opera omnia' editione satis rara emisit A. F. Uezzosi, Romae a. 1747, tom. I ('sacrorum bibliorum ueteres tituli, sectiones etc.'), ubi in 'praemonitione ad lectorem' p. 293 sqq. haec legimus:

„Iacobus Faber Stapulensis in suorum Commentariorum in Epistolas Beati Pauli Praefatione haec, quae ad nostrum aliquo modo facere possunt institutum, scribit: »*Et quia Majores nostri tum Graeci tum Latini Canones his Epistolis Sancti Pauli praefixere et adhuc in plerisque vetustis Codicibus eos reperire promptum est: apud quidem Graecos Eusebius et Ammonius, apud vero Latinos Priscillianus, ideo et nos (omissis tamen iis qui sunt Priscilliani non solum ob id quod corrupti inveniuntur, verum et insuper quod eorum numeri nostris non con-*

spirabant) alios praefiximus; ut ad contenta in Epistolis, ad articulos Fidei et adversus haereticos; quae omnia luce clariora suis locis conspicabuntur perfacile.« Haec ille. Eusebium quidem vel Ammonium Canones confecisse in quatuor Evangeliorum concordiam, notum est omnibus (cf. Gregory, prolegomena ad Tischendorfii ed. VIII nou. test. (1884) p. 145 sqq.); ∼ at in Paulinas adhuc Epistolas Canones conscripsisse sive Ammonium sive Eusebium nulla probant veterum testimonia. (Quod Uezzosi in nota laudat Zacagnum, collectan. monum. uet., 1698, ubi Euthalii editio epist. Paul. publici iuris fit, cf. infra p. XXX.) Quod attinet ad Priscillianum auctorem eiusmodi Canonum apud Latinos, fortassis id hauserit Faber ex vetustis Codicibus quos ad manus habebat: sed adhuc inquirendum restat, quis iste fuerit Priscillianus. In Epitome Bibliothecae Gesneri ab Iosia Simlero et Iohanne Iacobo Frisio adornata de Priscilliano Abilae Episcopo a Maximo Tyranno caeso (quo de mentionem facit Sanctus Hieronymus in suo Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogo) haec habentur: »*Eiusdem extant Canones sive Argumenta et Periochae Novi Testamenti.*« Id quod unde sit acceptum cum nullus afferatur testis, ut divinare nequimus, ita certum aliquid de ea re affirmare non possumus. Conjicimus tamen ex memorato Fabri testimonio hoc potuisse dici; cum Canones, quos idem Faber citat, nihil aliud reipsa sint, quam Periochae sive rerum Argumenta in Paulinis Epistolis contentarum, ut ea sunt quae in nostro hoc opere Capitula appellantur. Nam cum priscis illis veterum Codicum Canonibus alios novos Canones Faber suffecerit, eiusdem utrosque fuisse rationis par est existimare. Porro novi illi Fabri canones pura puta sunt Argumenta, ut dicebamus, rerum in Beati Pauli Epistolis comprehensarum; cum singula quaeque capita in Canones sint dispertita, qui interrupta numerorum serie, ab exordio ad finem usque Epistolarum singularum frequentissimi currunt, in Epistola, exempli causa, ad Romanos ad 138, et in Epistola I ad Corinthios ad 129 numerum perducti. Hinc fit, ut Paulinarum Canones Epistolarum, qui nunc primum prodeunt, omnino alii sint a Canonibus a Fabro memoratis." — Quae ab ipso deinde Thomasio eduntur 'concordiae canonum de corpore Epistolarum S. Pauli' p. 384 sqq. eaedem sunt quas habes in cod. Amiatino Ceolfridi (nuperrime a uiris doctis saec. VIII uindicato) ed. Tischendorf., p. 237—239. (Sunt 56 capitula, quorum primum sic habet: 'De unitate ecclesiae, ad Cor. I. 2, ad Eph. 14 et 15, ad Philipp. 5 et 6 et 7 et ad Col. 14'.) Singularum autem epistularum capitulationes quae sequuntur apud Thomasium p. 388 sqq. partim cum Amiatino codice conspirant, partim ab eo discedunt. Quae deinde Uezzosi in appendice p. 489—495 addit centum capitula ex 'antiquis membranis bibliothecae Morbacensis' deprompta sic inscribuntur: 'De his quae aliquid (! *leg.* aliquibus) epistolis repetit et aliquo-

tiens comprehendit ⟨S. Paulus⟩', et ita incipiunt: 'De domino Iesu Christo, quod est deus, ad Rom. 24 et 49, ad Philippenses 1, ad Titum 4, ad Hebr. 2'. — Quid mirum, quod et alii uiri ecclesiastici simili modo, quo Cyprianus et Augustinus maiora opera 'testimoniorum' et 'speculi' conscripserant, comprehensa uoluerunt epistularum Paulinarum lumina et locos parallelos? Omnium autem, qui in orbe occidentali diuidendis et in compendium redigendis epistulis Paulinis operam dederunt, primus fuisse uidetur Priscillianus: neque consentiunt eius canones cum ea textus Euthaliani diuisione, quam fortasse ante annum 396 factam esse conicit Gregory, proleg. ad Tischendorfii ed. VIII nou. test. p. 159; (cf. Reuss, Die Gesch. der heil. Schriften neuen Test.[5] II p. 115); Theodorus autem Mopsuestenus — uel si quis est alius ille εἷς τῶν σοφωτάτων τις καὶ φιλόχριστος πατήρ, ex quo mutuatus est Euthalius — cum illa scripsit breuiaria (ἐκθέσεις), quae in Euthalii editione epistularum Paulinarum anno 458 comparata unicuique epistulae praefiguntur, Priscillianus iam dudum affectus erat supplicio (Euthalii opus post Zacagnum ed. Gallandius, bibl. uet. patr., tom. X, 1774, p. 242—315; σοφώτατος et φιλόχριστος ille πατήρ commemoratur p. 247). — Fabri Stapulensis librum mihi praesto non fuisse haud magnopere doleo, cum fore ut in nostram rem ex eo redundet ullus fructus uix existimandum sit. Eae uero de quibus ille refert obscuritates et difficultates, quomodo a nobis explanentur ac prorsus tollantur, facile expedietur librorum nostrorum subsidio.

Octo igitur usus sum hac in editione codicibus biblicis, quorum cum conspectum proponam p. 108, hic accuratius disputandum erit de singulis codicibus et, si quae sunt, editionibus, deinde de eorum mutua cognatione, postremo de uniuersa canonum indole ac natura. Atque codex quidem

1) Cauensis n. 14 (= C) quam saepe a uiris doctis nostrae aetatis laudetur, apud omnes harum rerum peritos constat; sufficiat igitur monuisse totius codicis descriptionem inesse in appendice libri, quem Morcaldi-Schiani-de Stephano ediderunt Neapoli 1873 sic inscriptum: 'codex diplomaticus Cauensis, tom. I'; nam post p. 287 appendix paginarum VI

+ 32 a Bernardo Caetano de Aragonia addita est, quae tota uersatur in describendo nostro codice biblico; prologi canonum Priscillianeorum ad codicis fidem adiciuntur ibid. p. 19 (= k) et adduntur etiam duo specimina scripturae, minutissimos et lectu difficiles ductus ostendentia. Codex habet 303 folia; magnitudo est 0,320 × 0,265; singulae paginae trinis columnis exarantur. Dubitant de librarii aetate, qui nomen suum 'Danila' inscripsit f. 166^{v}; alii enim saec. octauo tribuunt, alii posteriori aeuo; ego secutus sum eos, qui IX. saeculo librum addicunt et scripturam esse wisigothicam contendunt (cf. Wattenbach, Anleitung zur lat. Palaeogr.[4] p. 23). — Continet cod. C omnes bibliorum libros et additamenta quaedam alia; contulit Wordsworth annis 1878 et 1879. Canones nostri in C exstant f. 253 sqq., magnifice adornati.

Angelus Maius, librorum inuestigator sagacissimus, cum nostrum codicem cognouisset (cf. Script. uet. noua collectio, t. III, II, 1828, p. 165 sq.), Ignatium Rossium totum librum transcribere iussit, ut celeberrimi codicis apographum bibliothecae Uaticanae insereret; exstat igitur hodie illud apographum, quod Rossius annis 1829—1831 se exarasse testatur in marginibus complurium foliorum, in cod. Uaticano insignito n. 8484 (= Γ). Ad Rossii deinde apographum (non ad C, uid. e. g. 113, 9—11; 115, 8 sq.; 122, 2; 131, 5; 132, 13; 140, 20; 143, 1) Maius canonum editionem fecit a. 1843 in Spicilegio Romano tom. IX (= c), sed sectionum numeros omnes omisit. Quae res primo me fefellit; Priscillianeos enim numeros obiter tantum in Maii praefatiuncula commemoratos tantopere a Uulgatae capitulis recedere non putabam ideoque, cum H. S. Sedlmayer uere anni 1886 in unius diei stationem monasterium Cauense (La Caua) prope Neapolim situm mea causa adiret, ut illos numeros exscriberet non petieram. Sed postquam ex Lipsiensi codice numerorum grauitatem cognouissem aliorumque mihi codicum numeri innotuissent, ad complendos hos numeros si non denuo ipsum C longius remotum, eius saltem apographum Romanum Γ in usum meum conferri oportere intellexi, id quod Edmundus Hauler intercedente Hartelio mihi praestitit. Postea ratiocinantem me fore ut textus quoque

illius codicis biblici miram qua utitur Priscillianus diuisionem prae se ferret, spes non destituit et ex apographi Uaticani marginibus omnes numeros ad textum Paulinarum epistularum adscriptos Paulus Geyer in meum usum mense Dec. 1887 excussit. Cum enim hos numeros marginales, quos nota γ insigniui, commodissime plerumque congruere intellexissem cum numeris post singulos canones usurpatis, reuocari iam poterant sectiones Priscillianeae ad Uulgatae diuisionem, id quod Faber Stapulensis (uid. supra p. XXVIII sq.) et Maius fieri posse desperasse uidentur; cf. infra in indicibus p. 169 sqq.

2) Duos canonum codices in Legionensi urbe (León) asseruatos ut in usum meum conferret, cordi erat Rudolfo Beer, mense Nou. a. 1887 ibi uersanti. Unus qui est ecclesiae cathedralis (= L) insignitur numero 6 et folia continet 275, magn. 0,360 × 0,240, binis columnis exaratus; fuisse dicitur hic codex conuentus SS. Cosmae et Damiani in 'Ualle de Torio'. Describitur codex in libello 'Noticias bibliográficas y catálogo de los códices de la Santa Iglesia Catedral de León por Rodolfo Beer y I. Eloy Diaz Iimenez, León (Garzo) 1888', p. XI. XXIII. XXX et 5—8. Scripturae wisigothicae tabularumque pictarum et litterarum initialium laudat Beer pulchritudinem. Scriptor 'Iohannes Diaconus pluribus locis legentium precibus se commendat et (fol. 202. 211. 216. 217) dicit se 'fecisse et pinxisse' librum; fol. autem 2 ad 'labyrinthi' figuram adscribitur 'Maurus abbati librum Uimara presbiter fecit' et fol. 233 ut legentes 'Uimarani peccatoris' meminerint rogatur. Inscriptionem quandam in fine codicis additam Beer et cum eo Berger ita legerunt, ut anno 958 aerae wisigothicae = 920 p. Chr. n. codicem scriptum esse contendant et errasse dicant Manuelem Risco, qui in libro 'Iglesia de León y Monasterios antiguos y modernos de la misma Ciudad, Madrid 1792', ubi p. 78 sqq. de nostro codice L (et de Λ p. 153 sq.) disputat, non 'era DCCCCLVIII', sed 'era DCCCCL . . . VIII' exhibuit; quod uitium transcripsit etiam Eguren, Memoria descriptiua de los Códices más notables de España, Madrid 1859, p. 46 sq. — Insunt in cod. L libri biblici ab Esaia usque ad apocal. et canones Priscilliani exstant fol. 231 sqq.

3) Codicem Λ, qui est collegii canonicorum apud S. Isidorum Legionensium (Real colegiata de San Isidro) anno 960 = era DCCCCLXVIII a 'notario Sanctioni presbytero' conscriptum esse docet inscriptio folii 515v, in qua legenda uiros doctos prioris aetatis errasse R. Beer me certiorem fecit, X exhibentes pro X̆ i. e. XL. Non praetermittendum esse puto, huic inscriptioni historicae annexas esse scriptoris preces, ut pro se orent lectores; cuius inuocationis sermone satis barbaro conscriptae hic est finis: ». . . aminiculo suo iuuante sine culpa exibeat simulque scis coniungat. Amen. & peregrini o kmi (= karissimi) memento«; cf. infra p. XLI et 179. Continet autem hic codex foliis 517 (magn. 0,470 × 0,345) omnes bibliorum libros, binis columnis et speciosissima scriptura wisigothica exaratos, pulchritudine tabularum pictarum superans omnes quotquot uidit Beer bibliorum codices. Canones Priscilliani, quibus nonnumquam contracta quaedam et abbreuiata in hoc codice forma est (uelut 134, 13; 136, 5; 138, 6), exstant in Λ f. 457—460. — Asseruatur in collegio S. Isidori etiam apographum codicis Λ, quod S. Berger scriptum esse anno 1162 me docuit. — In Uaticano quoque codice 4859 collatio codicis Λ exstat facta a. 1587 in adiuuandam 'Sixtinam reuisionem', quam card. Carafa instituit.

4) Codex Toletanus (= T), nunc translatus in bibl. nation. Matritensem, — 2°, tripert. pag., 375 foll.; notior est hic liber uiris doctis qui in studiis biblicis uersantur quam meliores libri LΛ. Cum antea nostrum codicem descripsisset Burrielius (apud Areual., ed. Isid. I, p. 306) et collationes instituisset a. 1588 Chr. Palomares, quibus usus est Bianchini in Uindic. canon. script. (1740), p. XLIX sqq., nuper Gustaui Loewe descriptionem publici iuris fecit Hartel in 'Bibl. Hisp.' (= Sitzungsber. der Wiener Akad. 1886, tom. 112, p. 689—691); scripturae autem exemplum habes apud Ewald-Loewe, 'Exempla script. wisigoth.', tab. IX. Sed quod Loewe et ante eum alii putauerunt codicem saec. VIII scriptum esse, R. Beer qui et hunc codicem pro mea canonum editione contulit mense Ian. a. 1888, ualde negat esse credendum, librum sub annum 950 inceptum et anno 988 absolutum esse mihi persuadens. —

Difficilis lectu est hic codex, cum inter litterarum a et u, i et l, r et s formas nullum fere discrimen sit et manus quaedam secunda a manu prima parum diuersa multos locos male correxerit; inde a can. 64 aliud quidem atramentum et maiores ductus scripturae apparent, sed tamen primi esse librarii uidentur. Canonum textus interdum obtruncatur et abbreuiatur, uelut in can. 13—16; singularem habet lectionem ad 134, 1. — Continet cod. T omnes bibliorum libros; nouum test. contulit Wordsworth 1882; canones Priscilliani exstant inde a pag. 321.

Quos modo enumerauimus codices, artius inter se cognatos esse infra cognosces; sed iam de eo codice est dicendum, qui alterius classis dux et princeps est.

5) Cod. Parisinus 9380, olim Mesmianus (= M), cuius libri apud multos nostrae aetatis uiros doctos fit mentio, inter quos praecipue Leopoldum Delisle nomino, qui totius libri descriptionem ita protulit in 'Bibliothèque de l'école des chartes, XL, année 1879', p. 5 sqq., ut addat etiam descriptionem codicis Aniciensis in ciuitate Podiensi (Le Puy) asseruati, qui cum M gemella cognatione coniunctus est. Utrumque librum iubente Theodulfo episcopo Aurelianensi scriptum esse (a. circiter 817 deposito et 821 mortuo) uersus docent a Delisle p. 6—8 et 24 sq. commemorati (cf. Duemmler, Poetae aeui Carol., tom. I, p. 440. 532 sqq.; in calce habes specimen scripturae); — utroque libro usus est Weihrich in edendo Augustini speculo, tom. XII huius corp. script. eccles., p. XLVII et 288 sqq. Adornati sunt splendidissime Theodulfi codices, scriptura minutissimis concepta est characteribus et binis currit columnis. Codicis M canones Priscillianei ut excuterentur in meum usum per Edm. Hauler mense Iunio 1886, intercedente Hartelio impetraui; Aniciensem autem codicem qui conferret neminem inueni. Ex cod. M specimina quaedam sectionum ad textum Paulinum adscriptarum mihi suppeditauerunt S. Berger et Ios. Zycha aestate a. 1888 (uid. infra p. XLII sq.). — Continet M foliis 348 (magn. 0,320 × 0,210) omnes libros biblicos; Priscilliani canones exstant fol. 287 sq.

6) In codice Uaticano 5729 (= V) inesse canones Priscillianeos cum cognouissem ex Zachariae bibl. Pistoriensi p. 66

et ex Montefalconii bibl. bibl., tom. I, p. 140, in usum meum contulit Edm. Hauler anno 1886. Liber ingentis est uoluminis, folia continens 465, per trinas columnas dispositus, tabulis pictis ornatus, scriptura ampla exaratus saeculo X. Fuit olim Farfensis monasterii, deinde inter codices reginae Christinae delatus est. Hoc libro usus est Sabatarius (tom. I) ad edenda libri geneseos capitula 154; usus est etiam Ios. Mar. Thomasius (op. omnia ed. Uezzosi, tom. I, p. 445) ad edenda capitula 72 epistulae I ad Corinth.; ex eis autem, quae supra p. XXVIIII protulimus ex Thomasii libro, eum in hoc codice Priscilliani canones latere non animaduertisse credas. — Continet V omnes bibliorum libros; canones incipiunt f. 432. — Collati sunt pro me a Paulo Geyer mense Dec. a. 1887 etiam numeri marginales ad textum complurium epistularum adscripti (desunt numeri inde a I. Cor. 1, 1 usque ad Eph. 4, 14, desunt etiam ad II. Tim. 4—6 et ad Philem.). Horum numerorum (= φ) infra instituetur comparatio cum γ.

7) Codex Pistoriensis capituli (= **P**) num. 151 (G. 82), maioris formae, saec. X uel XI, a Zacharia in 'bibliotheca Pistoriensi' (= Pistoja), Aug. Taurin. 1752, p. 4 descriptus, ubi p. 67—77 ex eodem codice eduntur canones. Quam editionem (= **p**) cum multis laborare uitiis uiderem, Paulo Geyer anno 1887 mandatum est, ut ipsum codicem conferret. Est autem codex paginarum 332, binis columnis exaratus; praebet praeter eos quos Zacharias noui testamenti libros nominat etiam euangeliorum fragmenta et act. apost. Canones incipiunt p. 327. Ad codicis menda (uelut 111, 8; 117, 17; 123, 2; 125, 6. 19; 129, 13; 132, 10; 142, 19; 143, 2; 144, 3) alia uitia addit p his fere locis 111, 17; 112, 9; 115, 11. 15; 117, 22; 118, 4. 5; 121, 16; 124, 21; 137, 7; 145, 19. In conficiendo apographo suo Zachariam arabicis numeris usum esse, in quibus postea uel ipse uel typographus errauit, docent hi loci: 117, 6; 118, 15.

8) In Lipsiensis uniuersitatis bibliotheca Paulina canonum codicem (= *Π*) asseruari secundum Felleri (1636) catalogum p. 63 et Montefalconium, (1739) bibl. bibl. I, p. 594 B Fabricius in bibl. lat. med. et. inf. aet., tom. VI, p. 12 (1754) enotauerat. Insignitus est codex num. 13 fol. max.; magn. 0,485

×0,355; binis col. exaratus est saec. XIII uel XIIII et 291 continet folia. Insunt libri ueteris testamenti usque ad IV. Reg., praeterea psalmi, quos excipiunt canones nostri, ipsis Pauli epistulis non sequentibus. 'Opusculum nobile Magistri Moysis de Grecia' (agens de Hieronymi praefationibus biblicis, incipiens 'Praeteriere iam plures anni'), quod insertum est post IV. Reg. fol. 238—242, etiam in codd. Parisinis, bibl. nat. 548 saec. XIII (fol. 31) et 15732 saec. XII/XIII (fol. 175) exstare didici a Sam. Berger. — Contuli canones, qui incipiunt fol. 287, et alia multa ex hoc codice Wirceburgum benigne mihi transmisso mensibus Maio et Iunio a. 1886.

Diligenter curaui, ut ex omnibus quibus in apparatu meo uterer codicibus praeter canones conferrentur aliquot uel capitulationes uel praefationes ueteres uel scholia nec non loci quidam textus biblici; quas tamen res ab hac editione remouendas esse censui alioque loco mihi postea tractandas reseruaui. Alia inuenies de codd. CΛTM apud Carol. Uercellone, uar. lect. Uulg. bibl., 1860, p. LXXXIIII—XCIII sqq., — de CLΛT(M) et de cod. Aniciensi apud F. H. A. Scriuener, a plain introduction to the criticism of the new test.[3], 1883, p. 350—360, — de CTM apud Petr. Corssen, epistula ad Galatas ad fidem optim. cod. Uulg. recogn., 1885, p. 7—12 sqq. (cf. Ludouicus Keller, Die Waldenser und die deutschen Bibelübersetzungen 1886, p. 114 sqq.).

Praeter eos quos nos adhibuimus libros enumerari possunt etiam alii canonum Priscillianeorum codices; plerique tamen posterioris aetatis sunt quam mei. Exhibent igitur canones praeter [9] Legionense apographum codicis Λ, quod supra p. XXXIII commemoraui, et praeter [10] codicem Aniciensem (uid. supra p. XXXIIII, hi quoque codices biblici a Samuele Berger liberalissime per litteras mihi indicati:

[11]) Matritensis uniu. centr., num. 32, saec. IX — X (Complut. 2), formae grandis; cf. José Villa-Amil y Castro, Catalogo de los Manuscritos de la biblioteca del nouiciado de la Uniuersidad central, Madrid 1878; J. Palmer, Journal of Philology t. VII, 1877. Rud. Beer mense Martio anni 1888 ad plagulas a me transmissas huius codicis tantam contulit

partem, quanta ut iudicium de eo ferretur sufficeret; intercedere uidetur inter huius et Toletani codicis adornationem Menaechmea quaedam similitudo, qualis est inter codices Theodulfi; sed in textu non semper conspirat cum T; *habet ad p.* 109, 1 *ed. meae:* PREMIVM S͞CI PEREGRINI EPISCOPI 109, 4 hordinatos 109, 5 conpositos 110, 1 ITEM ALIVS 110, 14 mira 111, 1 ea re 112, 10 Uale (= V! *deest tamen* in X͞P͞O) *post* 112, 10 *sequuntur Damasi uersus, deinde post epistularum Paulinarum catalogum* INCIPIVNT CANONES 112, 11 spiritus 114, 5 Cor. II. 17. 18. 19. 19 114, 7 sunt 114, 14 uentrem *om.* 117, 1 ascendens in cęlum 117, 10 *habet* mediator — sit 117, 16 fundamentum *om.* 118, 4 *habet* manifestatum — cognouit 118, 12 *habet* omnis — mendax 122, 13 uoluptas 122, 15 *habet* semper 123, 2 absentit.

[12]) Matrit. uniu. centr., num. 34, saec. XII—XIII (Complut. 3), formae grandis; Villa-Amil p. 12.

[13]) Matrit., museo arqueol., num. 485 = de Huesca (Oscensis), saec. XII, formae grandis; Hartel, Bibl. Hisp. = Wiener Sitzungsber. 113, p. 571; Ewald, Neues Arch. f. ält. deutsche Gesch. VI (1881) p. 353 sq.; — *inscriptio haec est ad* 109, 1 *ed. meae:* Proemium s͞ci Peregrini episcopi; *post* 112, 10 *exhibentur uersus Damasi et epist. Paulinarum catalogus;* 112, 11 spiritus.

[14]) Paris., bibl. nat., num. 10 (Reg. 3560), formae maioris, saec. XII—XIII; canones exstant fol. 333 sq.; — 109, 3 que subsecuntur.

[15]) Paris., bibl. nat., num. 11535 (S. German. 20), formae magnae, pulchre exaratus, saec. XII; fol. 296 = 109, 3 *ed. meae:* Prologum subter abiectum 112, 11 X͞P͞S quoque deus.

[16]) Paris., bibl. nat., num. 16742 (olim Fuliensium = des Feuillants), formae magnae, saec. XII ex.; — 112, 11 X͞P͞S quoque dęus.

[17]) In Monacensi denique codice 14023 (Emmeram. A. 23), formae maioris, saec. XV, fol. 575 inesse prooemium Peregrini et prologum Priscilliani, canones uero ipsos deesse comperi per Henr. Schnorr de Carolsfeld, u. d.; *habet ad:* 109, 3 secuntur 109, 4 ordinatos 109, 5 conpositos correptis

(*pro* correctis) 109, 6 fuerant cum reliquis a catholico intellectu non discrepantibus ut erant composita exemplaui 110, 1 — 110, 4 (carissime) *om.* 110, 6 sagaciter (*pro* sagaci indagine) 110, 9 interpretari ea 110, 13 soleant 110, 15 firma constet 111, 13 texta e. q. s.

Orthographia in optimis canonum codd. tantopere discedit a nostrae aetatis more, ut remouendas esse a textu meo eas censerem formas, quae lectorem impedirent potius et uexarent quam instruerent; inuenies autem in eis quae iam promam exemplis nonnullos quoque errores, qui iam in cod. Wirceburgensi occurrebant.

[**a** *pro* **i**? iuuenalia 129, 2].

a *et* **u** *maximam habent inter se similitudinem in CT aliisque interdum codd.*

ae *uel* **ę** *pro* **e**: aecclesia *PV*, ęclesia *T*, ęlaborasse *C*, aelegit *C*, aepistola *C*, ępła *LAT*, ęst — ęrant — ęsset — ęrit — ęsse *C*, ęt *C*, aetiam *C*, ętiam *LA*, ęundem *C*, ęuangelium *C*, ęuenit *C*; — inrepraehensibilis *C*, interpraetari *LA*, interpręt. *CM*, saemen *C*; — diae *C*, indignae *C*, uasae *C*.

b *pro* **p**: babtismo *CLAT*, cabtiuus *C*, cabtiuitas *C*, conscribtos *A*, describtos *T*, rabtus *C*, scribta *et* scribturae *LAT*.

b *pro* **u** *(betacismus)*: brabium *CLA*, brebis *L*, captibus *L*, contristaberat *LA*, delebit *L*, inpleberit *L*, inuolbatur *T*, iubenilia *A*, nobissimus *L*, nociba *L*, postulaberas *A*, praba *T*, predestinabit *L*, predicaberit *LT*, reconciliabit *LA*, regnaberit *A*, salbos *C*, salbentur *L*, sibe *L*, solbit *A*, subteradnotabi *L*, uibunt *L*.

c *additur:* perdictio *V*.

c *omittitur:* dialetice *TV*, eclesia *CT*, ocursuri *L*.

c *pro* **qu**: alicorum *L*, comodo *L*, corundum *LA*, cotum *L*; — subsecuntur *et* secuntur *plerique;* **ch** *pro* **qu**: chorum *L*.

d *pro* **t**: adque *CLA fere ubique*, caput *CL*, inquid *C*.

e *additur:* opereatur *T*.

e *omitt.:* helèmosina *C*.

e *pro* **ae**: eterna *LT*, hedificare *C*, sepissime *CLTVP*, seculum *C*; — sane doctrine *LAT*, scripture *LAT*, que *CAT*, *sim.*

e *pro* **i**: terrestres 124, 2 *CL*, humanitate 135, 9 *LA*.

et *om., cf. ad* 114, 16; 140, 13.

h *ante omnes uocales addit C, uelut* habsconditus, hac, hangelus, haugularis, hante, hedificare, helementa, helemosina, hesca, himitari, hob, hobtunsio, hoccupatus, hoccursurus, hodor, holim, homnis, hopus, hordo, hornare, hubi, hultra, hunde. hunicuiquė, husus, hut, hutiliter, huxores, *sim.; quod uitium hic illic etiam alios codices occupauit;*

habent enim hab *L*, hac *pro* ac *LTV haud paucis locis*, holim *V*, helementa *et* helemosina *P*, hinuicem *T*, hob *L*, husus *L*; — *in mediis uocabulis additur aspiratio:* anthichristus *C*, apostholus *C*, Sathanas *C*, prohut *C*; — michi, nichil *P*; Iachobus, chatolicus *V*.

h *omittitur:* abere *V*, abitare *T*, inabitare *V*, eres *L*, exibitio *CΔV*, exortari *CLΔTV*, ostes *T*, ostia *LTV*, imnis *T*; — tesauri *LT*, Timoteum *T*.

i *omittitur:* srahel *CLT*.

i *pro* **e**: absentit *Δ*, colliga *L*, dius *L*.

i *et* **l** *litterae in codd. uetustis inter se simillimae sunt*, *cf. ad* 109, 3; 110, 8.

i *pro* **y**: helemosina *C*, imnis *T*, misterium *VP*, sillogismis *LΔTV*.

in *additum uel omissum, uid. ad* 117, 18; 118, 20; 139, 5; 145, 13; 146, 4. ⟨6 *ante* omnemque?⟩

k *pro* **c**: kanon *PΠ*, karissime *LTVPΠ*, karitas *LV*, katholicus *Π*.

m *parasiticum: ad* 126, 1 *M*; *ad* 126, 2 *VP*; *ad* 140, 12 *sq. P*.

m *oppress.: ad* 121, 3 *Δ*; *ad* 134, 2 *LV*; *ad* 136, 18 *V*; *ad* 146, 18 *LV*.

n *inseritur:* thensauri *C*.

n *saepissime retinent praepositiones in componendis uocabulis, uelut* inpudentia, conmendare, *sim.*

o *pro* **u**: domos *CL ad* 124, 2; luxoria *MV*.

p *omittitur:* promti *CLT*, salmis *T*, sumserit *LT*, temtentur *ΔT*.

q *pro* **qu**: consequti *T*, qer̃ *P*, q^u^m *M*.

qu *pro* **c**: consequuti *M*, persequutor *M*, quoapostholus *CLTV*, quoheredes *CLΔT*, quur *CLΔTM*.

r *et* **s** *in LΔT maximam habent inter se similitudinem.*

r *omittitur:* exprobet *L*, faterna *T*.

s *parasiticum: cf.* (*ad* 112, 8 *L*); *ad* 136, 4 *LΔ*; — descerpens *T*.

s *omittitur:* abtinere *Δ*, exitant *pro* exsistant *L*, expectant *CLΔTMΠ*; *cf.* detracto *pro* destructo *L ad* 119, 6; inimicitia *L* 119, 5; uidua *L* 129, 4; ibique *pro* sibique *LT* 141, 1.

s *pro* **x**: testum *T*, iusta *V*.

t *pro* **d**: aliut *T*, illut *LΔV*, set *L*.

u *pro* **b**: deuere *T*, elauorasse *L*, lauorant *Δ*, inuestigauiles *T*, inuisiuilis *Δ*, liuera *L*, liuidinis *L*, pleui *LΔ*, prouare *L*.

x *pro* **s**: dextruit *CLΔT*, milex *C*, textimoniis *T*.

y *pro* **i**: ayt *LΔ*, hymago *C*, ymago *L*, laycorum *L*.

In edendis nominibus gentium, ad quas scribit Paulus, librorum uarietates non enumeraui; interdum confunduntur Col. et Gal., Philipp. et Philem. nec constant sibi singuli codices; habes enim e. g. haec:

Gł̄s *et* Gł̄as = ad Galatas *L*; Gł. *T*; — Ephes. *CΓ*; Efes., Efos, Efss *L*; Ef, Eff *T*; — Philp. *Γ*; Flps, Phils *L*; Fl., Filip *T*; Philp., Flp. *V*; — Cols *L*; Cło *T*; — Tslcs, Tsls, Tsl *L*; Tes., Ths., Thes., Thess. *M*; Tesls.,

Tesał., Tesłc. *V*; — Timt. *V*; Tym. *Π*; — Fłm *T*; Fiłm *M*; — Hebr., Ebr. *Γ*; Ebr. *L*; Hebr., Ebr., Ebre *Λ*; Hbr. *T*, Heƀ. *M*; Ebr., Ebrs *V*; Heƀr. *Π*.

In textus forma etsi duae potissimum codicum classes discernuntur, multorum tamen locorum ea est natura, ut mirum quantum singuli codices deflectant a norma et alterius classis lectiones adoptent; talia inquirentibus maioris momenti erunt hae fere lectiones:

109, 3 *MPΠ*
109, 4 *TMVPΠ*
109, 5 *LTMVPΠ*
109, 7 sq. *MVPΠ*
110, 10 *TΠ*
110, 15 *MVPΠ*
112, 11 *MΠ*
117, 9 *MVPΠ*
120, 18 *LTMVPΠ*
125, 3 *LMPΠ*
125, 13 *TMVPΠ*
129, 12 *MPΠ*
131, 20 *TMVPΠ*
133, 19 *TP*
134, 13 *MVΠ*
137, 15 *MVΠ*
138, 15 *MVPΠ*
140, 12 *TP*
144, 1 *TMVPΠ*

In constituendis textus uerbis et in stabiliendis sectionum biblicarum numeris praecipue codices *C(Γ)LΛT* secutus sum, earum quae in Λ et T insunt lacunarum et abbreuiationum ratione non habita. Alterius autem recensionis, (*MΠ* et *VP*), quae maiori elegantiae studet sermonis latini et interdum a bibliis recedit (uelut 112, 11 et 125, 5), Theodulfum uel eius aequalem conicere ausim auctorem esse. Postposui igitur uetustissimum M, existimans in codicibus potissimum CL Peregrini et Priscilliani uerba seruata esse. Sed ne hi quidem omnibus locis erant sequendi, uelut 129, 1; 137, 11. Codex T ad 134, 1 et V ad 112, 10 (cf. Matrit. uniu. centr. 32, supra p. XXXVII) singulares praebent lectiones, quarum illam remoui a textu meo, hanc dubitanter recepi.

Omnes numeros canonibus adiectos romanis quae dicuntur formis in codd. exaratos esse dixi ad p. 113, 3; in quibus quam saepe librarii errauerint hic enumerare longum est; confundebantur enim non paucis locis I et L, II et U (= V), X et X̃ (apud scriptores wisigothicos = 40). Deinde in omnibus fere codicibus apparent lacunae quaedam, ubi scriptor aut omnes aut, quod saepius accidit, aliquot sane numeros omisit in aliis codicibus seruatos. Ego in apparatu meo minores huiusmodi lacunas, ne in maiorem quam utiliorem molem excresceret opusculum, consulto non semper indicaui, sufficere ratus, si

eos exhibuissem locos, ubi numeri ipsi a consensu plurimorum codicum aperte discederent.

Quis fuerit ille 'sanctus Peregrinus episcopus', qui Priscilliani canones emendasse sibi uisus est, non satis constat; uid. tamen indic. rerum s. u. Peregr. et supra p. XXXIII. Locos autem quosdam undecim tractatuum contemplantibus lectiones uersionis cuiusdam biblicae Peregrinus induxissê uidebitur diuersae ab ea, qua usus erat Priscillianus; cf. e. g. (ad Rom. 1, 20) p. 29, 3 cognosci *et* 116, 3 conspici; (ad I. Tim. 2, 15) p. 20, 13 procreatio *et* p. 134, 2 generatio *[sed cf. etiam* I. Tim. 5, 14 procreare *Uulg.];* (ad Hebr. 10, 29) p. 7, 4 tormentis obligari *et* 142, 20 passionibus tradi *(ubi* mereri supplicia *Uulg.).* — Multis locis etiamnunc uetus translatio seruatur, uelut 116, 9 inscrutabilis; 117, 17 *et* 125, 12 omnis; 118, 3 *et* 121, 1 sacramentum; 119, 22 deputare; 120, 7 altus; 122, 2 uenire; 122, 5 confabulationes; 123, 1 prudentia; 123, 8 per; 124, 1 exterior; 125, 19 auaritia; 126, 1 cottidiana exhibitio et tegumenti sufficientia; 127, 14 lucrifacere; 130, 7 magister; 131, 4 deseruire; 134, 15 monile; 135, 21 uiuere; 136, 5 solum; 138, 14 peccatum; 140, 21 Petrum; 142, 20 passionibus tradi; 143, 7 scire; 145, 3 ratio.

In Priscilliani nouo testamento aeque atque in aliis quibusdam bibliorum recensionibus [cf. e. g. Gregory, proleg. ad Tischendorfii ed. VIII nou. test. gr. (1884) p. 140; P. Corssen, ep. ad Gal. p. 8 fin.] epistulam ad Colossenses post II. Thess. locum habuisse cognoscimus ex 114, 12. 13; 124, 18. 19; 127, 9. 10. 22. 24; 129, 5. 6; 130, 21. 22 al. Quod uero Priscillianus in tract. III (= p. 55, 12 sqq. ed. nostr.) auctoritatem epistulae ad Laodicaeos tueri uidetur, etiam in canonibus eam olim adhibitam fuisse suspiceris nec desunt huius rei uestigia quamuis exigua; hanc tamen epistulam, quam 'ab omnibus explodi' iam Hieronymus (uir. ill. c. 5) dicit, Peregrinum sustulisse ex canonibus et ideo numerum XV mutasse in XIIII (p. 111, 2. 13) est quod credas.

In ipso Paulinarum epistularum corpore hunc seruant ordinem nostri codices CLATVP: Rom., I. et II. Cor., Gal., Eph., Philipp., Col., Laod., I. et II. Thess., I. et II. Tim., Tit., Philem., Hebr.; idem ordo est in M et Anic. codice, in quibus tamen ep. ad Laod. omittitur

De eorum, qui ad textum epistularum Paulinarum in marginibus codicum adscripti sunt, condicione numerorum haec fere dicenda sunt. Examinati sunt in usum meum accuratius margo codicis Γ = γ, qui ad omnes epistulas, et margo codicis V = φ, qui ad nonnullas epistulas (uid. supra p. XXXV) numeros marginales habet additos; ex margine codicis M = μ suppeditauit quaedam S. Berger, primos et postremos uniuscuiusque epistulae numeros ex T exscripsit R. Beer; in Λ nisi in initio epist. ad Rom. numeri marginales non adscribuntur, in LP omnino deesse uidentur. Ex ea quae sequetur tabula multo facilius singularum sectionum initia ex γ cognosci posse intelleges quam ex φ, in quo singulis quibusque sectionibus multi loci paralleli addi solent. Cuius rei ut exemplum ostendatur, proponam initium epist. ad Rom. et insigniam eos qui in codicibus minio exarati esse solent canonum in margine nominatorum numeros signis romanis, sectionum uero numeros (in codd. item romanos, sed atramento scriptos) signis arabicis:

Uulg., epist. ad Rom.	γ	φ	μ
1, u. 2 quod . . .	1 k. XVII	—	—
1, u. 4 qui	—	19 5. 2. 18 k. XVI	2 LXXXVIII
1, u. 4 secundum .	2 k. XVI	—	—
1, u. 5 per	k. XXIII	45. 46. 47. 94 k. XXII	—
1, u. 7 gratia . . .	—	3. 114 k. XLIII	—
1, u. 8 primum . .	—	—	3 XLIII
1, u. 8 quia . . .	3 k. X[illegible]III	3. 119 k. XL	—
1, u. 9 testis . . .	k. X[illegible]	—	—
1, u. 11 desidero . .	4 k. VIIII	4. 7 k. VIIII	4 VIIII
1, u. 13 nolo. . . .	k. LXXXV (*leg.* LXIV)	4. 87. 95 (*leg.* 115) k. LXXV	LXXV
1, u. 16 non. . . .	5 k. XVI	73. 74. 82. 84 k. XXV	5 k. XVI

Uulg., epist. ad Rom.	γ	φ	μ
1, u. 18 reuelatur .	6 k. LXXXVIIII	6. 13 k. LXXXVIII	6 LXXXVIIII
1, u. 18 eorum . . .	k. LII	—	LII
1, u. 19 quia . . .	—	6. 9 k. LII	—
1, u. 19 deus . . .	—	4. 7 k. VIIII	—
1, u. 20 inuisib. . .	—	—	7 VIIII
1, u. 20 a creatura .	7 k. VIIII	—	—
1, u. 20 sempiterna .	—	8. 9 k. VII	—
1, u. 20 ut sint . .	8 k. VII	—	—
1, u. 21 quia . . .	—	—	8 LXVIIII
1, u. 21 non	k. LII	—	—

Quae cum ita se habeant, recte me γ ducem elegisse spero iudicaturos esse uiros doctos; itaque et eos qui inter Γ et γ concinunt numeros in paginis 113—147 meae editionis pinguioribus litteris exhibui. Simul cognoscitur, ex φ et μ quoque multis locis confirmari lectiones nostras illorum numerorum, quos post singulos canones annexuit Priscillianus; quam rem quamquam in φ per omnes 90 canones strenue obseruaui, tamen peculiari typorum forma indicare nolui; nonnumquam autem et ex γ et ex φ quaedam uitia siue in canonum siue in sectionum numeris admissa notaui in apparatu meo. Quodsi in codicibus sectionum initia non semper ad uerbum conspirant, non mei fuit muneris has omnes extricare leues uarietates, quas ex discrimine duarum nostrorum codicum classium ortas esse opinor. Suppleant igitur talia qui in historiam textus Paulini indagandam studia sua conferunt et quibus maior etiam quam mihi praesto erit copia librorum; omnium autem codicum numeros marginales aut apertis uitiis aut difficultatibus laborare neminem fugiet, id quod in re tam spinosa et ambigua librariis facile ignosces; sed eam, quam ex γ h. e. ex optimi nostrorum codicum apographo proposui tabulam pag. 169—174, ut optime concordat cum Uulgatae uersibus a me in apparatus prima parte (p. 112—147)

rite delectis, sic reducendorum numerorum semper fundamentum manere posse meo iure confido.

CAPUT IV. DE OROSII CODICIBUS ET EDITIONIBUS.

Commonitorium Orosianum inest in Augustini nonnullis codicibus et editionibus ante eum Augustini librum, quem responsionis loco dedit ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas. A me duo codices adhibentur hi:

A = cod. Laudunensis (Laon) num. 330, s. IX; commemorauit eum olim Montefalconius, bibl. bibl. II, 1296 A; nunc describitur in 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements', Paris 1849, tom. I, p. 184, ubi totus codex saec. VIII uel VIIII tribuitur. Accuratiora debeo Carolo Wotke, qui profectus in urbem Laudunensem codicem in meum usum excussit. Sunt igitur 62 folia in 4°, quorum fol. 1—47 manu saec. X exarata sunt et praebent Sancti Basilii regulam; sequitur noster Orosii liber in fol. 48—51 manu saec. VIIII scriptus, quem excipit Augustini liber ad Orosium (fol. 51—58); in fine codicis i. e. fol. 59—62 sequuntur quidam articuli breuiores („Aliud est in Adam peccasse — in suis sacramentis; — Generalem iustitiam non uiolat nisi libidine transgressus fuerit — perhibentur autem ubera feminarum ex die con . . .").

B = cod. Paris. 2093 s. XIII. Fuit olim ecclesiae Sancti Amandi in Pabula (monast. Elnonense), postea inter cod. Tellerianos delatus est, deinde Reg. 3633; — magn. 0,370 × 0,250. Describitur in catalogi codic. manuscr. bibl. reg. parte III, tom. III (Paris 1744) p. 237; continet multos Augustini libros et in fine Gilberti poema de incendio monasterii Sci. Amandi libris quattuor, deinde epitaphia quaedam. Orosii commonitorium incipit in fol. 120; sequitur Augustini responsio. Collationem a Maximiliano Bonnet factam benigne mecum communicauit Carolus Zangemeister (cuius cf. ed. Oros. p. XXXVII).

De eis codicibus Uaticanis (et Sigiramnensi seu Sci. Cigiranni codice), qui in ueteribus editionibus nominantur, certiora proferre nequeo, cum uiris doctis, quos ut in bibl. Uaticana eos libros inuestigarent adieram, haec res non satis procederet. — Postero editori etiam ille quem nominat Montefalconius, b. b. II, 1291 A liber ecclesiae Bellouacensis adeundus erit, quem tamen in recentioribus catalogis non inuenio.

Editiones quae quidem mihi praesto erant ueteres cum inter se nisi rebus orthographicis et interpunctione differre non soleant, unam Augustini Benedictinorum editionem (1688) = 𝔇 in apparatu meo adhibui, contentus addere ex alia editione, quae prostat in Gallandii bibl. uet. patr. VIIII, 174 (Uenet. 1773), notam quandam in 𝔇 non obuiam (uid. 155, 18 ed. meae). Gallandium repetiit anno 1846 Migne, patr. lat. tom. 31, col. 1211—1216.

Auctoris nomen simpliciter fuisse Orosium, non Paulum Orosium asserit Gams, hist. eccl. Hisp. II, 2, p. 257; quam rem, cum praesertim codices mei probent, uellem in titulis p. 149. 151 ed. meae obseruassem; cf. tamen Zangemeisterianae editionis titulos et apparat. crit.

Editionum priorum capitula seruaui, quamquam in A non indicantur; adieci locos parallelos ex Augustino petitos, ex quibus quae Orosius raptim conscripserat (uid. ind. rer. s. u. Oros.) quanta credulitate Augustinus exceperit apparebit.

Restat ut gratias agam eis, qui in hac editione adornanda me adiuuerunt. Et liberalissime quidem Regis Bauariae Summum Ministerium permisit, ut aestate anni 1886 per IV menses scholarum officio habendarum solutus totum me dederem Priscillianeis studiis; cuius tamen otii magna pars illapso mihi in morbum periit. Academiae deinde Caesareae Uindobonensi Guilelmus de Hartel et Carolus Schenkl auctores exstiterunt, ut in meum usum quotquot opus erat codices biblici conferrentur. Praeter eos autem uiros doctos, quos conferendorum librorum munus subiisse supra in cap. III et IIII dixi, grato etiam animo mihi colendi sunt Dietericus Kerler,

bibliothecae Wirceburgensis praefectus, qui ut codicem W transcriberem totiensque singulos locos inspicerem facile permisit, Guilelmus de Hartel uir summus et Samuel Brandt amicus beneuolentissimus, qui in corrigendis plagulis me adiuuerunt, Hermannus Roensch uir uenerabilis, qui, cum in tanta citationum biblicarum mole ne me fugissent uererer aliquot loci, duodeuiginti locos mihi indicauit a me antea praetermissos (uelut IV. Esdr. cap. 14), Samuel Berger et Theodorus Zahn, qui ad quaestiones biblicas mihi responderunt, Adamus denique Eussner, uir humanitatis eximiae.

Quodsi cunctantem me et quaedam incepta magis quam absoluta esse intellegentem non pauci monuerunt uiri docti, ut quanta possem celeritate quae inuenissem ederem, equidem quamuis saepe impeditus muneris publici angustiis tamen neglegere id consilium nolui et hac mea editione principe eiusque commentariis et indicibus firma saltem fundamenta et substructionem fidam me comparasse spero, in quibus aliorum insistant et theologorum et philologorum studia. Prodeat igitur auctor, quem tam longa texerat obliuio, propitiosque inueniat iudices et sibi et editori.

Scribebam Wirceburgi mense Augusto a. 1888.

Georgius Schepss.

I.

PRISCILLIANI

TRACTATVS VNDECIM

IN

CODICE WIRCEBVRGENSI

NVPER REPERTI.

Codex Wirceburgensis *Mp. th. q. 3,* saec. V uel VI exaratus.

Signo	|	paginae finem indicaui
„	||	folii „ „
„	'	uersus „ „ (in app. crit.)
„	⌊ ⌋	inclusi ea quae ita *exstant in rasura,* ut quid antea scriptum fuerit dici non possit.

PRISCILLIANI

LIBER APOLOGETICUS.

Wirceb. fol. 1

Etsi fides nostra nullis uitae offendiculis inpedita securum catholicae dispositionis iter tendens ad deum libera sit,
5 tamen, quia zabolica obtrectatione pulsata in eo quod percutitur plus probatur, gloriosum nobis uidimus, beatissimi sacerdotes, ut non redarguente conscientia, quamuis frequentibus libellis locuti fidem nostram hereticorum omnium docmata damnauerimus et libello fratrum nostrorum Tiberiani, Asarbi et cete-
10 rorum, cum quibus nobis una fides et unus est sensus, cuncta docmata quae contra Christum uideantur esse | damnata sint et probata quae pro Christo, tamen etiam nunc, quia id uultis, sicut scribtum est parati semper ad confessionem omni

13 I. Petr. 3, 15.

5 *Hilarius Pict., de trin. lib. VII, 4:* ecclesiae proprium est, ut tum uincat cum laeditur, tunc intelligatur cum arguitur e. q. s. 9 *Hieronym., uir. ill., c. 123:* Tiberianus Baeticus scripsit pro suspicione, qua cum Priscilliano accusabatur haereseos, apologeticum tumenti compositoque sermone; sed post suorum caedem, taedio uictus exilii, mutauit propositum e. q. s. *Sulp. Sev., chron. II, 51, 4:* damnatique Asariuus (ita Halmii cod. P, Asarinus b) et Aurelius diaconus gladio, Tiberianus ademptis bonis in Sylinancim insulam datus.

1 Codex inscriptione caret 3 Uerba ETSIFIDES — CATHOLICAE DIS!, quae tres uersus complent, rubro colore exarata sunt. OFFENDICULIS, litteris FF leui rasura corrosis 4 LIBERAESIT, E (in EST) lin. del. 9 LIBELLOS punctum posterior manus supposuit [man. I si quid delendum est supra uersum punctum ponere solet]; similiter litt. S abundat fol. 15a, 45a, 88b, 120b, 121a, 122a, 129a, 140b 11 UIDENTUR (A supra E) 12 SINTTAMEN (ETPROBATAQUEPROXRO supra), ETPROBATA man. I, QUEPROXRO man. II, ut uid.

Codex Wirceburgensis *Mp. th. q. 3,* saec. V uel VI exaratus.

Signo	|	paginae finem indicaui
"	||	folii " "
"	ˈ	uersus " " (in app. crit.)
"	⌊ ⌋	inclusi ea quae ita *exstant in rasura,* ut quid antea scriptum fuerit dici non possit.

poscenti nos rationem de fide et spe quae est in nobis tacere noluimus, quod iubetis. Etenim confessione repetita licet in oculis uestris sit omne quod uiuimus et constituti in fidei luce nulla tenebrosae conuersationis secreta sectemur, non abnuimus tamen, ut etiam ignorantibus nos satisfieret, ne 5 quis in nos credens male alteris inueniabili errore peccaret, non recusantes quin ostenderemus ore quod credebamus in
2 corde. ‖ Quamuis enim gloriari in his quae fuimus non oporteat, tamen non ita obscuro editi ad saeculum loco aut insipientes uocati sumus, ut fides Christi et eruditio credendi mortem 10 nobis potius adferre potuerit quam salutem. Ad haec enim, ut ipsi nouistis, peractis omnibus humanae uitae experimentis et malorum nostrorum conuersationibus repudiatis tamquam in portum securae quietis intrauimus. Agnoscentes enim quoniam nemo nisi ex aqua et spiritu sancto renatus ascende- 15 ret in regna caelorum, castificauimus animas | nostras ad obaudiendum fidei per spiritum et repudiatis prioris uitae desideriis, in quibus erubescebamus, ad innouatae iter gratiae simbolum catolicae obseruationis accepimus, quod

4 cf. Es. 9, 2. 7 cf. Rom. 10, 10. 15 Io. 3, 5. 16 castif.] I. Petr. 1, 22. 17 prioris] I. Petr. 1, 14. 18 in quib.] Rom. 6, 21.

9 *Sulp. Sev., chron. II, 46, 3:* ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, praediues opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, disserendi ac disputandi promptissimus. 13 *Hilarius Pict., de trin. lib. I, 3:* in cuius bonitate ..... tamquam tutissimo sibi portu familiarique requiesceret; *lib. XII, 1:* tendimus tandem .... ad tutum securae fidei tranquillumque portum, ad optatae quietis sinum.

2 NOLUIMUS] displicet mutare in NOLUERIMUS, quamuis UT praecedat IUBETIS ⌊ETE⌋ CO(NIM)NFESSIONE, ETE exstat in rasura, fuit EN 5 (NOS) SATISFIERET, E ex I corr. 9 AEDITI, A lin. del. 14 SECURAE, A lin. et puncto del. 15 AS'CENDE⌊RE⌋(T), fuit AS'CENDET 18 ERUBESCIM(BA)US, litt. E (in BE) punctis notata, sed non superscribitur I 19 OBSER'UATIONES, E perperam ex I corr.

tenemus, ut intrantes lauacrum, redemptionem corporis nostri, et baptizati in Christo induti Christum inanem saeculi gloriam respuentes ipsi uni uitam nostram sicut dedimus dederemus, qui peccatorum remissione concessa passus ipse pro
5 nobis et redemptionem animis nostris praestitit et salutem. Quis enim est qui legens scribturas et unam fidem unum ‖ baptisma unum deum credens hereticorum dogmata stulta 3 non damnet, qui, dum uolunt humanis conparare diuina, diuidunt unitam in dei uirtute substantiam et magnitudinem Christi
10 tripertito eclesiae fonte uenerabilem Binionitarum scelere partiuntur, cum scribtum sit: ego sum deus et non est alius praeter me iustus et saluator non est praeter me, et: ego primus et ego posthaec et praeter me non est deus; quis sicut ego? item alibi: ego sum et ante me non fuit
15 alius et post me non erit similis mihi; ego deus et non est praeter me qui saluos faciat; | et iterum Moyse dicente: dominus deus noster deus unus est, et Hieremias ait: hic est deus noster nec reputabitur alius absque eum qui inuenit omnem uiam sapientiae et dedit eam
20 Iacob puero suo et Istrahel dilecto suo; posthaec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. Ipse est enim qui fuit est et futurus est et uisus a saeculis uerbum caro factus inhabitauit in nobis et crucifixus deuicta morte uitae heres effectus est ac tertia die resurgens factus

2 Gal. 3, 27. 6 Eph. 4, 5. 6. 11 Es. 45, 21; Hos. 13, 4. 13 Es. 44, 6. 14 Es. 43, 10. 11. 17 Deut. 6, 4. 18 Bar. 3, 36—38. 22 Io. 1, 14.

1 REDEMPTIONEM|] appositionis loco auctor haec addidisse uidetur ad 'lauacrum', sed fortasse scribendum est 'lauacrum redemptionis corporis nostri et'. 4 REMISSIO|NEM, cf. quae dixi de litt. M parasitica in praefationis cap. II 8 UO[UNT] supra uersum leuis rasura 9 UIR TUTEM, M lin. del. MAGNITUDINE, de oppressa saepius littera M uid. praef. cap. II 10 BINI⌊ONI⌋[ITA| RUM, I ras. et lin. del.; EBIONITARUM legendum esse censeo. 15 MIHI^{K}EGO, uid. quae dixi de signo K in praef. cap. II 18 ^{AIT}HIC 20 PUERO|SUO, uid. infra fol. 89ᵇ

futuri forma spem nostrae resurrectionis ostendit et ascendens in caelos uenientibus ad se iter construit totus in patre et pater in ipso, ut manifestaretur quod scribtum est: gloria in excelsis deo et pax hominibus in terra bonae uoluntatis; sicut Iohannes ait: tria sunt quae testimonium dicunt in terra aqua caro et sanguis et haec tria in unum sunt, et tria sunt quae testimonium dicunt in caelo pater uerbum et spiritus et haec tria unum sunt in Christo Iesu.

Et quia uultis nos ire per singula ut quod credimus eloquamur, licet nostrum sit studere de uobis, tamen, quia secundum | institutum dei, qui, cum operibus quis esset ostenderet, uoluit tamen quis esset a discipulis suis uel quis crederetur audire: quia uultis etiam nos uobis probare quod nostis, ueniam petimus si aut adserentes fidem nostram aut distruentes ea, quae ad deprauandas mentes infidelium error insinuat, latius eloquemur. Illorum enim culpa est, qui, dum plura in Christi homines mentiuntur, prolixius nos respuere ea, quae sibimet ipsis obiciunt, fecerunt. Anathema enim sit qui Patripassianae heresis malum credens catholicam fidem ‖ uexat, cum scribtum sit dicente Petro: tu es Christus, filius dei uiui, et alibi: qui habet filium, habet uitam, qui non habet filium, non habet uitam, et iterum ipso dicente: ego et pater unum sumus, adque alibi: ego in patre et pater in me; ad cuius rei testimonium accessit etiam in euuangelio daemoniaca confessio dicens: tu es Christus filius dei; quid

2 cf. Io. 14, 11. 3 Luc. 2, 14. 5 I. Io. 5, 8. 7 (est illud quod dicunt 'comma Ioanneum'). 21 Matth. 16, 16. 22 I. Io. 5, 12. 23 Io. 10, 30. 24 Io. 17, 21. 26 Matth. 8, 29; Marc. 1, 24.

2 PRAES⌊TRU⌋IT (CON supra), PRAE lineis del., TR et anterior pars litterae U in rasura exstant; fuisse uidetur PRAESTITIT, cf. fol. 38b et 80a 3 IPSO (UT supra) 10 QUID (O supra), I lineis del. 19 FECERUNTANATHEMA (K supra), uid. supra pag. 5 ad lin. 15 PATRIPASSI⌊A⌋NE, erat PATRIPASSIONE 22 QUINONHABETFILIUMNONHABET UITAMETITERU MUITAM 25 KAD] de signo K uide supra ad lin. 19

uenisti ante tempus perdere nos? Quod ideo positum nouimus, non quod daemonum testimonium deus uellet, sed ut homines ad imaginem et similitudinem dei facti deterioribus tormentis obligarentur, si ista nescirent, quae etiam dae-
5 mones confitentur. | Nobis autem unus deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. Ad quorum stultitiam Nouatiana accedit heresis, quasi uero crudescente semper errore peccati repetitis baptismatibus purgarentur, cum unum ba-
10 ptisma unam fidem unum deum apostolica scriptura testetur et sciamus praeter id quam quod euangelizatum est nobis nec angelum de caelis si aliud dixerit audiendum. Nos autem semel baptizati in Christo relinquentes ea quae praeterita sunt in priora nos extendentes ||
15 adprehendere uolumus in quo adprehensi sumus, quo- 6 niam praeter unum Christum Iesum uniti in fide aliut quam unius baptismatis praesidium non habemus, scientes quoniam Christus uenit in carne, ut peccatores saluos faceret et redemptos in sese ad perennis uitae instituta repararet. Qui
20 autem negat Iesum Christum in carnem uenisse, hic antechristus est et perditio eius non indormiet dicente apostolo: qui negat filium nec patrem habet, qui autem confitetur filium et filium et patrem habet. | Anethema autem sit doctrina Nicholaitarum partemque cum Sodoma ha-
25 beat et Gomora quisque odibilia deo sacrilegia aut instituit aut sequitur. Anethema sit qui legens grifos aquilas asinos

3 cf. Hebr. 10, 29 et Prisc. can. LXXIX. 5 I. Cor. 8, 6; cf. Prisc. can. XXV. 9 Eph. 4, 5. 11 Gal. 1, 8. 9. 13 Philipp. 3, 13. 12. 18 I. Tim. 1, 15. 20 cf. I. Io. 2, 22 et Prisc. can. LXXXVII. 21 perditio] II. Petr. 2, 3. 22 I. Io. 2, 23. 24 cf. Es. 1, 9; Rom. 9, 29. 26 cf. Lev. 11, 13. 44; Deut. 14, 12; Sap. 11, 16.

2 DAEMONIUM, I ras. del.; cf. infra p. 15, 12 et Zingerle, Wiener Studien VIII, p. 341 8 CRUDESCENTE, E ex I corr. 18 CARNE] cf. Rœnsch, It. et Uulg., p. 406 sq.; Archiv f. lat. Lexikogr. III, 320 23 ANETHEMA ita codex 24 DOCTRI'NAE 25 QUISQUE] nolui mutare in QUISQUIS 26 ANETHEMA LEGENS] post hoc uerbum in uersus fine positum excidisse suspiceris SCRIBTURAS, cf. supra p. 5, 6.

elefantos serpentes et bestias superuacuas confusibilis obseruantiae uanitate captiuus uelut mysterium diuinae religionis adstruxerit, quorum opera et formarum detestabilitas natura daemoniorum, non diuinarum ueritas gloriarum est. Hi sunt enim quorum deus uenter est et gloria in pudendis 5
7 eorum; hi sunt qui dubios euertunt ‖ et ad perditionis suae excidia deducunt et sacramentum uocant, quod secundum scripturas dei perditionis nesciunt esse mysterium, et euntes in praecipitium, sicut profeta ait, facti sunt uelut spiritus in pinnis uolatilium et ideo confundentur ex sacrariis 10 suis facti sicut equus et mulus quibus non est intellectus et digni sunt quorum deus Sol sit. Nos autem diuinarum scripturarum edocti uerbis etsi scimus quia nihil idolum est in hoc mundo, sed quae sacrificant daemoniis sacrificant et non deo, elaboramus tamen, ut sicut | scrib- 15 tum est intellegentes uersutias sermonum et interpraetationes parabolarum et operantes, quod in deo sumus, nihil in nobis bestiarum figura habeat, sed totum Christi dei teneat disciplina, quia nulla communicatio est mensae domini et mensae daemoniorum, luci et tenebris, 20 Christo et Beliae. Sicut et Iohannis de huiusmodi loquens ait: si quis adorat bestiam et imaginem eius, hic accepit notam in fronte sua et in manu sua, et ipse alibi: uidi de mari bestiam ascendentem habentem cornua
8 decem ‖ et capita septem et in capitibus eius decem 25 diademata et nomen blasphemiae et erat similis pardo

5 Philipp. 3, 19; cf. Prisc. can. L. 8 Hos. 4, 13. 19. 11 sicut] Tob. 6, 17. 13 I. Cor. 10, 19. 20. 16 Sap. 8, 8; Sirac. 39, 2. 18 cf. Apoc. 16, 2; 19, 20. 19 I. Cor. 10, 21. 20 luci] II. Cor. 6, 14. 15. 22 Apoc. 14, 9. 24 Apoc. 13, 1. 2.

12 Cf. *Hilarius, de trin. I, 17:* sed nos edocti diuinitus e. q. s.; cf. infra 22[b], 23[a] et 82[a].

4 ESTHI (K supra T), cf. supra p. 6 ad lin. 25 13 EDOCTI, O ex U corr. IDOLUM 16 ⌊E⌋T, E in rasura exstat, erat UT 17 PARABOLARUM, O ex U corr. 18 NOS (BIS supra S), S littera (in NOS) lineis obducta

et pedes eius sicut ursi et os eius sicut os leonis et dedit ei draco sedem suam et uirtutem suam. Sicut et Daniel de hoc ipso ait: uidebam ecce quattuor uenti mittebant in mare magnum et quattuor bestiae ascendebant de mari magnitudine alterutrum se excedentes et prima erat ut lea et pinnae eius ut aquilae et surrexit a terra et supra hominis pedes stetit et cor hominis datum est ei, et ecce alia bestia similis urso et una | parte stetit et tria latera in ore eius et in medio dentium eius et dictum est ei 'surge et manduca carnes multorum', et ecce alia bestia ut pardus et alae ei quattuor uolucres et quattuor capita bestiae et potestas data est ei, et ecce bestia quarta horribilis et admirabilis et fortis uehementer et dentes eius ferrei et ungues aerei. Quae omnia posita in uisionibus suis profetae legi ab omnibus uoluerunt et intellecta uitari et ideo, qui ista cognoscentes quid esset quod legerent non intellexerunt recte, cor eorum datum est bestiae ‖ et carnes deuorabuntur eorum; euanuerunt enim in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum et dicentes se esse sapientes stulti facti sunt et inmutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadripedum et serpentium et configurantes se prioribus ignorantiae uitae desideriis in ea quae non intellegunt inciderunt. Nos autem scientes quia lex spiritalis est et omnis profetia interpraetatione indiget, habentes Christum deum in sensu demonstratorem, | per quem etiam si aliter sentiremus et

3 Dan. 7, 2—7. 19 Rom. 1, 21. 23. 24 configur.] I. Petr. 1, 14. 22. 26 lex spirit.] Rom. 7, 14. omnis profetia] II. Petr. 1, 20; *Bachiarius* ed. Migne tom. 20, 1034 A. 28 Philipp. 3, 15, ubi in codd. Sangermanensi et Claromontano quos adhibuit Sabatarius exstat 'reuelauit',

3 UENTIINMARE (MITTEBANT) 17 ESSENT falso ex ESSET corr.

17 NONINTELLEXERUNT (QUODLEGERENT) 26 OMNES

haec nobis reuelabantur, seruire instituimus iustitiae domini in sanctificationem, ut, sicut profeta ait, eradicatis nominibus Baalim ex ore nostro et exterminatis appellationibus eorum abiciamus a nobis, sicut scriptum est, testamentum quod est cum besteis agri et uolatilibus 5 caeli et reptilibus terrae, agnoscentes quod haec omnia stipendia peccati sunt, quorum finis mors est, gratia autem et pax uita aeterna in Christo Iesu domino 10 nostro. Sicut et Solomon ait: ‖ deus mihi dedit horum omnium quae sunt scientiam ueram, ut sciam dispo- 10 sitionem orbis terrarum et uirtutem aelementorum, initium et consummationem et medietatem mensuum, mutationes et diuisiones temporum, anni cursus et stellarum dispositiones, naturas animalium et iras bestiarum, uim uentorum et cogitationes hominum, 15 differentias arborum et uirtutes radicum, et omnia quae sunt absconsa et manifesta cognovi. Sicut et ipse ait: colebant quidam errantes muta | reptilia et serpentes et bestias superuacuas et misit super illos multitudinem mutorum animalium in uindictam, ut scirent 20 quia per quae peccat quis per haec et torquetur; sicut et Dauid ait: circumdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me, aperuerunt in me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Quod legens inpurus scismaticorum

cum Uulg. et auctores ecclesiastici a Sabatario allegati (uelut *Hilarius, de trin. XI, 24*) exhibeant 'reuelabit'; Priscillianum quoque scripsisse REUELABUNTUR recte conieceris.

1 seruire] Rom. 6, 19. 2 Hos. 2, 17. 5 Hos. 2, 18. 7 Rom. 6, 23. 9 Sap. 7, 17—21. 18 Sap. 11, 16. 17. 22 Ps. 21, 13. 14.

5 BESTEIS] cf. Archiv f. lat. Lexikogr. III, 107. 301. 315. 6 TERRAEADGNOSCENTES (K supra), D littera erasa; de signo K cf. supra p. 8 ad lin. 4 10 HORUMQUAE (OMNIUM supra) 12 MENSUUM] cf. Neue, lat. Formenl. I, 260 20 MULTORUM 21 QUAEQUIS'PECCATPER, (QUIS supra) priore loco QUIS lin. del.

sensus aduertat et, si conuerti potest et potest non perire, non
pereat, quoniam Dauid sanctus non tauros timebat aut uitulos,
sed sicut scriptum est: ‖ aduersarius uester diabolus sicut 11
leo rapiens et rugiens circuit quaerens quem trans-
5 uoret, cui resistite firmes in fide. Sicut et alibi scriptum
est: noli esse leo in domo tua euertens domesticos
tuos; sicut et ibi ait: non te extollas in cogitatione
animae tuae uelut taurus, ne forte elidatur uirtus tua
et per stultitiam folia tua comedat. Sicut et Dauid ait:
10 lingua mea adhaesit faucibus meis et in puluerem mor-
tis deduxisti me, quoniam circumdederunt me canes
multi; in quo tamen Dauid sanctus, | ut ostenderet quid in
superiori exclamatione edixisset, subiecit synagoga peccan-
tium obsedit me. Sicut et Eseias ait: canes sunt animae
15 nescientes satietatem; sic denique et dominus deus noster
loquens ad Iob profetam dixit: ostende mihi si iam ad-
quiescit tibi leo aut monucerus seruiet tibi aut dor-
miet in cubili suo; et alibi ad ipsum deus: tu capies
Leosiboram, animas quoque draconum timore inplebis,
20 ut timeant in cubilibus suis sedentes in siluis et do-
lum facientes; et iterum alibi ad ipsum dicit dominus: ‖
tu adduces draconem in ancistro aut inpones duca- 12
torium in nare eius aut pertundes labia ipsius et
loquetur tibi molliter, ut constituat testamentum te-
25 cum et habeas eum in seruum aeternum; in quo Iob
sanctus intellegens loquentem dominum et uolens etiam nobis

3 I. Petr. 5, 8. 9; formam 'firmes' in citando hoc uersu usurpat etiam *Lucifer Cal.* p. 620, 2 ed. Hartel. 6 Sirac. 4, 35. 7 Sirac. 6, 2. 3. 10 Ps. 21, 16. 17. 13 Ps. 21, 17. 14 Es. 56, 11. 16 cf. Num 24, 9; opp. tamen infra codicis fol. 32ᵃ. 17 Iob. 39, 9. 18 Iob. 38, 39. 40 (Septuag.: θηρεύσεις δὲ λέουσι βοράν); — cf. *Hieronymi* locos quos infra exhibebo p. 29. 22 Iob. 40, 20—23.

1 *Hilarius, de trin. VI, 22:* si qui adhuc salui esse possunt (haeretici) e. q. s.

7 IBI NON (AIT supra NON) 14 ЄSЄIAS] cf. Schuchardt, Uulgärl. I, 204

intellectum aperire dictorum: quid, inquid, adhuc ego iudicor, domine, dum corripior et arguor, aut quod, domine, dabo responsum ad talia uerba, cum sim nihil? Et tunc dominus etiam nobis post futuris ad intellegendum se opus uerbi tribuens parabulam dicti per se | sermonis exposuit dicens: noli, inquid, abalienare iudicium meum nec aestimes me aliter decreuisse nisi ut tu minus appareas iniustus; sed suscipe altitudinem et uirtutem et claritatem et honorem induere; relinque angelos irae et omnem in te iniuriosum et superbum extingue; disrumpe a te inpios et absconde in terra et facies eorum ignominia reple, ut sint sine honore, et tunc confiteberis quoniam potens est dextera mea saluare te. Etiam coram te fera sicut bos factus faenum manducat, cuius fortitudo in lumbis eius et uirtus in umbilico uentris et cauda erecta sicut cyparissus ‖ et nerui contorti sicut funes et latera eius petrae aereae et spina illius sicut paries ferreus, et hoc est initium factum angelis ad inludendum plasmae meae. Quaetamen omnia scrutantes scripturas, beatissimi sacerdotes, scimus quia propter nos scripta sunt, ut, qui bestiarum naturas dictas in parabolis intellegit, repudians quae sunt saeculi morum in se uitia castiget, sicut scribtum est in apocalypsi: ecce aquae, quas uidisti ubi sedet meretrix, populi et tur-

1 Iob. 39, 34. 6 Iob. 40, 3. 5—14 (cf. *Speculum* quod dicunt *Augustini* p. 437 ed. Weihrich). 20 cf. Io. 5, 39. 21 I. Corinth. 9, 10; Rom. 4, 24. 23; cf. *Hilarius, de trin. X, 41* (non possunt non omnia propter nos gesta esse intellegi). 23 Apoc. 17, 15.

5 SERMONES 7 TU⌊MINU⌋S, MINU litteris paullo minoribus man. I in rasura posuit; quae sint erasa, non liquet 10 E⌊X⌋TINGUE 11 DIRRUMPE (s supra R), prior R littera duabus lineis obducta 14 ETIAM] fortasse ECCE scrib. est, Septuag. ἰδοὺ FACTUS] uid.' Arch. f. lat. Lexikogr. III, 315 15 LUMBISETUIRTUS (eius supra) 16 C⌊Y⌋PARISSUS 19 PLASME 22 PARABOLIS, O ex U corr.

bae sunt et gentes et linguae. Sicut et ibi Iohannis ait: cecidit cecidit Babylon mag|na et facta est habitatio daemoniorum, quia de ira fornicationis eius biberunt gentes; et ipse ibi: et flebunt plangentes se super illa, 5 quia cum ipsa fornicati sunt et in deliciis eius uixerunt. Sicut et apostolus ait: non est uobis conluctatio contra carnem et sanguinem, sed contra principes et potestates mundi huius rectores harum tenebrarum, aduersus spiritales nequitias in caelestibus. Sicut et Io-10 hannis ait: uidi de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprofetae spiritus ‖ tres inmundos sicut ranas et (14) hi sunt spiritus daemoniorum, qui facientes signa procedunt ad conturbandos reges orbis terrae. Denique, sicut initiati in Christo prima acceptae fidei rudimenta retinemus, sci-15 mus nos credidisse quod credimus deo et renuntiasse quod renuntiauimus zabulo et illud esse quod fera dicitur, deum autem esse quod Christus Iesus est. Sicut et apostolus ait: nec enim de bubus cura est deo, sed de nobis dicit, quoniam qui arat in spe debet arare et triturans spei suae fructum 20 percipere. | Nemo ergo nobis intellectum propriae peruersitatis adscribat; unusquisque uerbis suis condemnabitur et uerbis suis iustificabitur; nos quod credimus confitemur et scrutantes scripturas speciem daemoniorum respuentes intellegimus, sicut scribtum est, altitudinem satanae, scientes

2 Apoc. 18, 2. 3. 4 Apoc. 18, 9. 6 Eph. 6, 12. 10 Apoc. 16, 13. 14. 17 I. Cor. 9, 9. 10. 21 Matth. 12, 37. 23 cf. Io. 5, 39. 24 Apoc. 2, 24.

14 *Cypriani* uita (ed. Hartel, praef. p. XCII, 4): inter fidei suae prima rudimenta. *Orosius, hist. adv. pagan. VII, 33, 19* (ed. Zangemeister p. 520, 18): Gothi primae fidei rudimento quod accepere tenuerunt.

1 ex ALIBI corr., erasis litteris AL 4 ex ALIBI corr., litterae AL lineis obductae et punctis superpositis deletae sunt 10 IOHANNES, E lin. del. 11 SPIRITUUS, litt. U secundo loco lineis deleta est 16 ZABULO (DI superscr.), Z lin. del. 20 PROPRIE (A superscr.)

sicut apostolus ait, quoniam nemo nos liberauit de corpore mortis huius nisi gratia domini Iesu Christi, quia scribtum est: nisi credideritis, non intellegetis et alibi:
15 intellectus bonus omnibus facientibus eum. ||

Illud autem, beatissimi sacerdotes, quod idolicas formas, 5 Saturnum Uenerem Mercurium Iouem Martem ceterosque deos gentilium protulerunt, etiamsi tam otiosi ad deum et nulla eruditi per scribturas fide uiueremus, tamen cum adhuc in conuersatione mundialis stultitiae delectaremur, sapientia saeculari licet adhuc inutiles nobis, haec tamen fidei nostrae aduersa 10 cognouimus et deos gentilium depraehendentes risimus stultitias saeculares et infelicitates, quorum tamquam ad ingenii instructionem opera legebamus. | Sed si etiam in his professionis nostrae fides quaeritur, anathema sit et fiat mensa eorum in laqueum et in scandalum his, qui Solem et Lunam, 15 Iouem Martem Mercurium Uenerem uel Saturnum omnemque militiam caeli, quos sibi in caerimoniis sacrorum ritus et ignarus deo gentilium error adsciuit, deos dixerit et qui eos, cum sint idola detestanda gehennae digna, ueneratur, cum scribtum sit: uae illi, qui dicit ligno 'uigila et surge' et 20 lapidi 'exaltare'; pereant cum diis suis, qui dicuntur siue in caelo siue in terra; exterminet uitim sensus eorum,

1 Rom. 7, 24. 25 (ῥύσεται). 3 Es. 7, 9; cf. *Tertull., adv. Marc. lib. IV, cap. 20. 25. V, 11* aliisque locis; *Cypriani testim. lib. I, 5* (t. I ed. Hartel., p. 43) al. 4 Ps. 110, 10. 14 Rom. 11, 9. 16 IV. Reg. 17, 16; 21, 3 al. 20 Habac. 2, 19. 21 I. Cor. 8, 5. 22 exterminet] Ps. 79, 14.

7 *Hilarius, contra Const. c. 25:* quod tametsi nobis ad fidem otiosum est.

7 TAM] legendum esse suspiceris TUM. 8 CON|UERSATIONE (S superscr.) MUNDIALIS, superscripta littera S iterum oblita 9 DELECTAREMU (R superscr.) SAPIE~|TIA 12 supra TAM|QUAM erasa est uox OPERA 13 PRO FESSIO|NES NOSTRAE FIDES, E in NES lin. del., E in RAE lineola superposita del. (?); cf. infra codicis fol. 53ᵃ 14 QUERITUR| ANATHIMA 18 ADSCIUIT|DEOS (DEOS in marg. script.) ET QUI EOS CUM SINT DETESTA (DIXERIT, IDOLA superscr.) DAE (littera E in DAE eras.) GEHENNAE 21 DIIS|SUIS, SUIS in marg. 22 UITEM, E lin. del.

sicut scribtum est, aper de ‖ silua et singularis ferus de- 16
pascatur eam. Nobis autem per gratiam domini Iesu Christi
absolutis a corpore mortis huius, sicut scribtum est, cadent
a latere mille et decem milia a dextris, ut secundum
5 scribturas induti armis dei ascendentes super basiliscum et aspidem conculcemus leonem et draconem,
nullae similitudini idolicae infelicitatis obnoxii; de quo scribtum
est: quid prodest sculptili quia sculptum est? finxerunt illud conflatile, fantasma mendum et qui plasma-
10 uerunt illud, confusi sunt supra figmentum suum, |
surda enim erant idola. Quorum propterea uel idolorum
superstitiones stultae uel formae peccaminum uel nomina daemonum uel mors ostenditur uitiorum, ut intellegentes tenebras
desideremus lucem domini et exclamantes 'scitote gentes, nobi-
15 scum deus' disrumpamus uincula eorum et proiciamus a
nobis iugum ipsorum nec in Aegyptiorum, sicut scribtum
est, studiis polluamur, quoniam dominus deridebit eos
et dominus subsannabit eos; de quibus Iohannis principem
idolicae infelicitatis ostendens ait: ex septem est et octauus
20 in perditione ibit; ‖ de quibus et Solomon ait: non semi- 17
nes in sulcis iniquitatis et non metas illa in septuplum;
sic enim et ipse alibi: ante hominem uita et mors, aqua
et ignis; ad quod uult porrigat manum. Hi sunt enim
septem pastores et octo morsus hominum, secundum
25 quod scribtum est operantes in filiis diffidentiae. Nobis
autem uiuere Christus est, uita Christus est, fides Christus est,

3 Rom. 7, 24. cadent] Ps. 90, 7. 5 cf. Rom. 13, 12; Eph. 6, 11 sqq. ascendentes] Ps. 90, 13; cf. *Hilarius, de trin. VII, 3.* 8 Habac. 2, 18; uid. Archiv f. lat. Lexikogr. III, 313. 14 Es. 8, 9 [non nisi in Itala] 15 disrump.] Ps. 2, 3. 16 nec] Ezech. 20, 7. 17 dominus] Ps. 2, 4. 19 Apoc. 17, 11. 20 Sirac. 7, 3. 22 Sirac. 15, 18. 17 24 Mich. 5, 5. 25 Eph. 2, 2; cf. Prisc. can. LXXXVIII.

7 NULLAE] cf. Neue, lat. Formenl. II, 253 sqq. 12 STULTASUEL FORMAS DAEMONIUM, I ras. del., cf. supra 7, 2 20 PER DITIONE] cf. supra 5, 9 (litt. M oppressa) 20 SEMINIS 21 NONMETIS

scientes quod chrisma habemus a sancto et non corruptibilibus argento et auro redempti sumus de uana nostra conuersatione paternae traditionis, sed ⟨pretioso sanguine⟩ quasi agni incontaminati et inmaculati Iesu Christi; in quo constitutos nemo nos | depraedatur secundum philosofiam mundi et non secundum Christum. Fingant enim sibi Saturni aureum saeculum qui diligunt aurum: nobis diuina sapientia omni auro et argento et pretiosior lapide pretioso est; dicant deum suum Solem quibus gehennae ignis habitatio est et eius se confiteantur aelementum, qui deum Christum nolunt sibi esse principium: nobis omnia quae sub sole sunt uana sunt et praesumptio peruersi spiritus, scientes eum cum mundo esse periturum; confiteantur in malis suis deum Lunam qui circumducti omni 18 uento doctrinae ‖ dies tempora et annos et menses obseruare disponunt; dicant sibi deum Martem qui adultero sibi Marte placuerunt et concupiscentiae carnis addicti fornicationibus obligantur, et facti uelut aeramentum sonans aut cymbalum tinniens deum suum Iouem iudicent patre suo sicut ille auctore perituri: nobis autem deus Christus Iesus est, qui, cum mortui essemus delictis, conuiuificauit nos, donans nobis omnia delicta et delens quod aduersus nos erat chirographum quod erat decretis contrarium, et tulit illud de medio adfigens cruci; principatus et potestates | transduxit fiducialiter, triumphans eos in semetipso. Qui enim daemonia talia colunt, similes diis suis percutientur gladio domini et nescientes uerum patrem et Christum deum dei filium similes

1 I. Petr. 1, 18. 19. 5 Col. 2, 8. 8 cf. Prouerb. 16, 16 al. 12 cf. Eccl. 6, 9. 14 Eph. 4, 14. 15 dies] cf. Gal. 4, 10. 18 I. Cor. 13, 1. 21 Eph. 2, 1. 5; Col. 2, 13—15; cf. infra Prisc. can. XVIII, LXXXIV et Priscilliani fragm. ab Orosio seruatum infra a nobis repetendum.

1 SCIENTES] cf. Arch. f. lat. Lexikogr. III, 322. 2 pretioso sanguine] haec desunt in codice; cum uero uerba DEUANA — TRADITIONIS in margine scripta sint, facile excidere potuisse 'pret. sang.' apparet; uid. infra fol. 110ᵃ: PRAETIOSISANGUINIS

idolis suis facti apparebunt, sicut scribtum est: pater super filium, filius super patrem, nurus super socrum, socrus super nurum et inimici hominis domestici eius. Colant Mercurium deum qui terrenorum thensaurorum tiniantes sac-
5 culos adquirentes caduceum eius uenerantur aut sacculum: nos requirimus thensauros in caelis absconsos et ‖ inuisos, quos 19 nec erugo adpraehendit nec tinia corrumpit, scientes quoniam diues non intrauit in regna caelorum, sicut scribtum est: age nunc, diuites, plangite ululantes super miserias
10 uestras quae superueniunt diuitiis uestris; putruerunt et tiniauerunt uestes uestrae; aurum uestrum et argentum uestrum, quod reposuistis, in nouissimis diebus eruginabit et erugo eorum in testimonium uobis erit et comedet carnes uestras sicut ignis. Nos
15 autem scimus quia deus elegit pauperes mundi diuites fidei heredes regni. | Uenerem autem uelut deum uenerentur qui operantur turpitudines et reciprocam mercedem erroris secundum quod oportet expectant: nos autem respicientes in Abraham patrem nostrum et in Sarram parturientem, nos ecle-
20 sia matre editi et sapientia obstetricante producti tendimus ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis
25 Christi. Et quamuis ad haec nemo idoneus sit, ‖ nostrum tamen 20 potentem scimus deum, quoniam qui promisit potens est et facere; ipse enim dixit: quis sperauit in domino et confusus est, permansit in mandatis illius et derelictus est?

Anathema sit qui Saclam Nebroel Samael Belzebuth Nas-
30 bodeum Beliam omnesque tales, quia daemones sunt, infelici

1 Luc. 12, 53; Matth. 10, 35. 36. 6 cf. Matth. 6, 19. 8 Matth. 19, 23. 9 Iac. 5, 1—3; cf. *Speculum Augustini* ed. Weihrich p. 395, 15 sqq. 15 Iac 2, 5. 21 Eph. 4, 12. 13. 26 Rom. 4, 21. 27 Sirac. 2, 11. 12.

29 Saclam Nebroel etc.] de his daemonibus uid. eos quos in libello 'Priscillian ein neuaufgef. Schriftst.' (Würzburg 1886) p. 14. 15 et not. nominaui libros.

8 INTRAUIT] nolui mutare in INTRABIT

caerimoniarum sanctificatione uenerantur aut dicunt esse uenerandos; quos omnes, sicut in scripturis dei legimus, contempta daemoniacae sapientiae adseueratione damnamus; in quaslibet enim se species formas nun|cupationes zabolus inmutet, scimus quia nihil aliut potest esse quam zabolus, et siue Abaddon hebreice siue Apolleon grece siue latine Exterminans nuncupetur, siue bestia habens septem capita et decem cornua siue serpens ponatur aut draco, scimus quia zabolus est et secundum principem aeris huius spiritus qui operatur in filiis diffidentiae, in quibus et nos omnes conuersati sumus aliquando in desideriis carnis nostrae et facientes uoluntates carnis et cogitationum; de quo scribtum est in apocalypsi: et proiectus est de 21 caelo draco magnus, serpens an||tiquus qui uocatur zabolus satanas, qui seduxit orbem uniuersum et proiectus est in terram et angeli eius cum eo proiecti sunt. Et ideo qui talibus credunt uel qui tali se auctore sanctificant natura fili irae et perditionis ambulantes in tenebris, non mirum est, si in se imaginem dei et similitudinem denegantes et facti zabolo similes in uitiis facturam hominis daemonibus adscribunt, de quibus bene apostolus ait: animalis, inquid, homo non percipit ea quae sunt spiritus dei; nec enim potest; stultitiae enim illi est et non potest diiudicare; | spiritalis autem disiudicat omnia, ipse autem a nemine disiudicatur, et sicut scribtum est: qui carnis sunt quae carnis sunt sapiunt, qui uero spiritus quae sunt spiritus, et prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita et pax.

Ac si uolunt scire, quid de singulis quae scribta sunt sentiamus, recte talibus cum Adam terreno et fera facto tenebrosae uitae unita cognatio est, sicut scribtum est: qualis terrenus, tales et terreni, qualis caelestis, tales et caelestes. Digni sunt

5 Apoc. 9, 11. 7 Apoc. 13, 1. 9 Eph. 2, 2. 3; cf. Prisc. can. LXXXVIII et LXXXIX. 13 Apoc. 12, 9. 21 I. Cor. 2, 14. 15. 25 Rom. 8, 5. 6. 30 I. Cor. 15, 48.

15 QUIEDUCIT (s, x suprascr.), C lin. del. 29 RECTE] scribendum esse CERTE conicias 30 TALIS 31 TALIS CAELESTIS

quos in forma Cain et Lamec Euua parturiens, quae facta fuerat ‖ mater omnium uiuentium, adulterata in deum et zabolicae 22
seductioni consentiens Saclam sibi daemonem et deum dixerit et maritum, sicut scribtum est in profeta: ecce iudicium ad
5 matrem uestram iudicate, quia haec non est uxor mea nec ego sum uir eius et auferam fornicationem illius a facie plebis meae et moecationem eius a medio mamillarum eius; item ibi: et auferam uestimenta mea et linteamina mea, ut non cooperiat turpitudinem suam,
10 et denudabo spurcitiam eius in conspectu amatorum ipsius; et in Hieremia | increpans dominus Hierusalem, quae facta est seruiens cum filiis suis, dicit ad eam: quomodo dicis, non sum polluta et post Bahal non abii? ecce respice in multitudine uias tuas et uide, ubi non fornicata sis. Et
15 Ezechiel ait: haec dicit dominus 'radix tua de terra Canaam, pater tuus Amorreus et mater tua Cetthea'; sicut et alibi: nocti adsimilaui matrem uestram, similis est plebs mea non habenti scientiam. Sicut et in euangelio talibus dicit deus: uos estis fili zabuli et patrem zabu-
20 lum habetis. Nos autem non ita didicimus Christum, sed in ‖ illo edocti, sicut est ueritas in Iesu, intellegimus 23
quoniam lex spiritalis est, nos autem carnales uenundati sub peccato, et spiritalibus spiritalia conparantes elaboramus, ut sicut portauimus imaginem eius qui de limo est, cum
25 uicti delictis ambulabamus in uitia, ita portemus ima-

1 cf. Gen. 4, 24 et *Hilar., comm. in Matth.* 18, 10. 4 Hos. 2, 2. 8 Hos. 2, 9. 10. 12 Hierem. 2, 23. 20. 15 Ezech. 16, 3. 45. 17 Hos. 4, 5. 6. 19 Io. 8, 44. 20 Nos] cf. Eph. 4, 20. 21. 22 lex] Rom. 7, 14. 24 I. Cor. 15, 49. cum—uitia] cf. Eph. 2, 1. 5; Col. 2, 13. 25 ita] I. Cor. 15, 49.

2 ADULTERATAETZABOLICAE (IN DM̄ supra) 8 ⌊ITEM⌋ exstat in rasura; fuit autem ET AL(ibi). 9 COOPERIAM (T supra), M lin. del. 17 AD SIMU'LAUI, litterae U (in MU) pars prior lineis deleta est, ut fieret I 18 HABENTSCIENTIAM (I supra) 25 UINCTI, N lin. del. UITIA ITA PORTEMUS

eius qui est de caelo, et deponentes secundum priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renouemur in spiritu mentis nostrae induentes nouum hominem, qui secundum deum creatus est in sanctitate et iustitia et ueritate. | Scimus enim et nouimus quoniam dei figmentum sumus in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut ⟨in⟩ illis ambulemus; sicut et Moyses ait: fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam et inspirauit in faciem eius inspiramentum uitae et factus est homo in animam uiuam, et scimus quoniam Euua, quae seducta est et facta est in praeuaricatione, saluabitur per filiorum procreatione, si permanserit in fide et recognoscens quod ex uiro suo sumpta est, et pariens filios in tristitia ad uirum eius erit con||uersio illius; sicut scribtum est in profeta: propter hoc ecce ego, dicit dominus, concludam uiam matris uestrae sudibus et non aedificabo iter eius et semitas suas non inueniet; persequetur amatores suos et non conprehendet eos et dicet 'ibo et reuertar ad uirum meum priorem quia melius mihi tunc erat quam modo'. In quo nos intellegentes, liberati sicut scribtum est ab utero matris nostrae nec adquiescentes carni et sanguini, elaboramus et sicut eramus serui peccati in mortem, ita serui iustitiae sumus ad iustitiam, | scientes quia etsi is qui a foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renouatur et,

1 deponentes] Eph. 4, 22—24. 6 Eph. 2, 10; praepositionem IN mero errore a librario omissam esse puto; cf. infra codicis fol. 145, ubi IN ILLIS legitur. 8 Gen. 1, 27; 2, 7. 11 I. Tim. 2, 14. 15; cf. infra Prisc. can. LVII. 14 Gen. 3, 16. 16 Hos. 2, 6. 7. 22 cf. Gal. 1, 15. 16. 23 sicut] cf. Rom. 6, 16. 18. 25 II. Cor. 4, 16.

13 PROCREA'TIONE] de oppressa in fine uocabulorum M littera cf. supra ad p. 5, 9. 14 ESTPA'RIENS (ET superscr.) 21 INQUAENOS, ex QUAE correxit QUO man. I 23 SANGUINILABORAMUS (E superscr.)

sicut primus homo de terra de limo, ita manifestata sunt opera carnis, quae sunt adulteria fornicatio inmunditia inpudicitia luxuria idolatria ueneficia inimicitiae contentiones emulationes irae rixae dissensio-
5 nes hereses inuidiae homicidia ebrietates comisationes et his similia. Inter quae Saclas et Nebroel daemones partem inter suos habeant; nam locum inter pudica et religiosa non quaerant. Ac sicut secun‖dus homo de caelo caelestis, 25 ita manifesta sunt opera spiritus, quae sunt caritas
10 gaudium pax patientia longanimitas bonitas mansuetudo fides continentia castitas benignitas et dilectio; in qua Christus apparens deus templum suum esse nos dixit et in eo, quod in nobis ipse sibi fecerat, habitare in nobis uoluit, sicut et profeta Iob ait: manus tuae finxerunt et
15 fecerunt me; posthaec demutans deiecisti me; memor esto quoniam de luto finctum a terra iterum reuocasti me et sicut lac me mulsisti et coagolasti sicut caseum; pelle et carne me induisti, ossa et ner|uos disposuisti; uitam uero et misericordiam posuisti aput
20 me et uisitatio tua custodiuit spiritum meum.

Et ideo repetito semper sermone: anathema sit qui negat Iesum Christum in carne uenisse, quia hic antechristus

1 primus] I. Cor. 15, 47. manifest.] Gal. 5, 19—21. 8 I. Cor. 15, 47. 9 manif.] Gal. 5, 19. 22. 23. 12 cf. I. Cor. 3, 16. 17; 6, 19; II. Cor. 6, 16. 14 Iob 10, 8—12. 21 cf. I. Io. 2, 22 (et Prisc. can. LXXXVII).

3 IDOLATRIA] ita codex; cf. Koffmane, Gesch. d. Kirchenlat. p. 37, alios; sed uide infra fol. 47b, ubi occurrit IDOLOLATRAS BENEFICIA (u supra), B lin. del.; uid. Thielmann, Archiv f. lat. Lex. ed. Wölfflin I, 79 6 SIMILIAQUAEINTER (INTER supra), INTER (post QUAE) lin. del. 10 LONGIA|NIMITAS, I (in GI) lin. del. 12 INQUAE, E ras. del., scribendum esse INQUO suspiceris, cf. enim supra ad p. 20, 21. 13 QUODNOBIS (IN supra) INNOBIS] haec uerba (post HABITARE) fortasse delenda sunt 15 DEMUTAS (N supra) 16 FINCTUM] uid. Roensch, It. et Uulg. p. 295 21 ANHCTAMA] uid. supra p. 7, 23. 26 22 CARNE] uid. supra 7, 18

est; anathema sit qui negat Christum Iesum deum dei filium crucifixum pro nobis, dicente profeta: hic peccata nostra portat et pro nobis dolet, et iterum Paulus nihil se aliut scire testatur nisi Iesum Christum et hunc crucifixum; anathema sit qui negat clauis adfixum uel aceto potatum uel felle do- 5
26 minum deum nostrum, cum ipse dixerit ad discentes suos: ‖ mitte manus in fissuras plagarum manum mearum, et scribtum in euangelio legimus: et acceperunt spungiam plenam aceto et felle et potauerunt eum et dixit 'consummatum est'. Quae omnia secundum institutum suum scismatici uel heretici 10 interpolantes scribturas et sensum infelicitatis suae diuinis sermonibus inserentes falsa ueris et catholicis mendacia miscuerunt.

Anathema sit qui Manetém et opera eius doctrinas adque instituta non damnat; cuius peculiariter turpitudines persequentes gladio, si fieri posset, ad inferos mitteremus ac si 15 quid | est deterius gehennae tormentoque peruigili, ubi neque ignis extinguitur neque uermis emoritur. Quorum diuino iudicio ut inpuritas non lateret, etiam saecularibus iudiciis mala prodita sunt. Extra enim ea quae erraticis sensibus adserentes Solem et Lunam rectores orbis terrarum deos 20

2 Es. 53, 4. 3 I. Cor. 2, 2. 6 Io. 20, 25. 27. 8 Io. 19, 29. 30. 16 Marc. 9, 43; Es. 66, 24.

5 cf. *Tertull., adu. Marcionem lib. III, 18:* negantes passionem crucis et argumentantes insuper non esse credendum, ut in id genus mortis exposuerit creator filium suum quod ipse maledixerat.

1 ·ihc̄· ·dī· (dm̄ superscr.) 7 MANUM] cf. Neue, Formenlehre d. lat. Spr., I, p. 360, alios 11 SENSUM|INFELICITATISSUUM (AE superscr.), INF. in marg. man. I, sed litteris paullo minoribus; litt. U, ubi secundo loco occurrit in SUUM, lin. del. 13 MANETET DOCTRINAINSTITUTAQUE (SADQUE superscr.), QUE post INSTITUTA lin. del. (etiam supra initium insequentis uersus NATCUIUS erant superscripta haec: SADQUEINSTITUTANOND, sed rasura rursus deleta sunt) 15 GLADIUMSI, cui opp. p. 24, 5 16 GEHENNAE] facile conicias legendum esse GEHENNA 19 HERRATICIS, H lin. del.

putauerunt, cum scribtum sit quid lucidius sole et hic deficiet: ita infelicium sacrilegiorum stultitias ampliarunt, ut obpressas caecitate mentes, quo nefarius obligarent, religiosius consecrare se dicerent. Anathema sit qui Nicolaitarum forni-
5 cationes et multimoda ‖ ostensa in scribturis cum discipulis 27
et doctoribus suis daemonia non damnat uel qui eorum opera sectantur. Pereant qui Ofitarum in se perfidiam receperunt et fili uiperarum facti similem sibi deum suum et dominum confitentur. Et quia longum est ire per singula, omnes hereses,
10 quas sibi homines mente corrupti et naufragi a fide uel ex canonicis scripturis uel ex apocrifis fabricarunt supra ea quae scripta sunt, unus aduersus alterum inflatus pro alio, et quidquid aut Saturnina heresis induxit aut Nouatiana protulit aut Basilide docente | monstrauit aut Arriana collegit aut Patre-
15 passiana erudiit aut Homuncionita mentita est aut Catafriga persuasit aut arripuit Borborita: catolico et deo Christo credenti ore cum omnibus, qui haec sequuntur aut docent aut uoluerint adserere, damnamus; quorum dogmata omnia diuinorum testimoniorum apud nos luce dissoluimus, non quod sufficientes
20 simus cogitare aliquid nobis tamquam ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est.

Inter quae tamen nouum dictum et non dicam facto, sed et relatione damnabile nec ullo ‖ ante hoc heretico auctore pro- 28
latum sacrilegii nefas in aures nostras legens Itacius induxit

1 Sirac. 17, 30. 10 II. Tim. 3, 8; I. Tim. 1, 19. 19 II. Cor. 3, 5.

24 De Itacio cf quae congessimus in libello: 'Priscillian, ein neuaufgef. Schriftsteller', p. 6. 15 (ubi inprimis ratio habetur *Sulpicii Seueri, chron. II, 47 sqq.)*.

3 CAECITATI MENTES, E ex I correctum est NEFARIUS] cf. Dräger, hist. Syntax d. lat. Spr., I, 34 17 SEQUNTUR (U superscr.) 20 SU'MUS, ex U (in SU) I corr. 22 (ante NON) erat SED, S et D lin. del. FACTO ex FACTU corr. 23 DAMNABILE, E perperam duabus lin. del. et I superscr. 24 ITA'CUS, I in C inscripsit man. I

magicis praecantationibus primitiuorum fructuum uel expiari uel consecrari oportere gustatus unguentumque maledicti Soli et Lunae, cum quibus deficiet, consecrandum: quod qui legit protulit credidit fecit habuit induxit, non solum anathema maranatha, sed etiam gladio persequendus est, quoniam scriptum 5 est: maleficos non sinetis uiuere. Sibi itaque habeant adinuentiones hereticorum nefarias et dignas gehennae interpraetationes, | sibi teneant scismaticorum calumniae multiuolas uoluntates: tabernaculum Christi dei et templum quod est in nobis nemo conuellet. Illi legentes scripturas saxeum corneum 10 lapideum deum putent: nobis in omni scriptura, sicut scriptum est, unicornis est deus, nobis petra Christus, nobis lapis angularis Iesus, nobis hominum homo Christus. Illi tamquam fili perditionis et zaboli credant se zaboli inbre saturari: nobis omnipotens deus est, qui aduocat aquam maris et spargit 15 eam super faciem totius terrae et pluuiam matutini et 29 serotini in‖bris indulget. Et si uolunt infelices ipsi nosse, qualis sit deus eorum cui credunt: ipse est, sicut scribtum est in profeta, fera quae sub omni arbore dormit secundum siluam et papyron et butomon; ipse est secundum 20 quod scribtum est in Iob dicente domino: in gyro dentium eius timor, uiscera eius aspedes aereae et uinculum eius sicut myritis lapis; non transiet eum spiritus; in aesternutatione eius adaperietur splendor; oculi eius similes Lucifero; de ore eius exeunt lampades arden- 25

4 I. Cor. 16, 22. 6 Exod. 22, 18. 12 cf. Num. 23, 22 sec. Italam; Deut. 33, 17. 14 Amos 5, 8; Iob. 5, 10. 16 pluuiam] cf. Ioel 2, 23. 19 Iob. 40, 16; Septuaginta: παρὰ πάπυρον καὶ κάλαμον καὶ βούτομον; pro 'siluam' H. Roenschius litteris ad me datis coniecit 'uluam' = κάλαμον. 21 Iob. 41, 5—7. 9—13.

3 DE|FICIAT (E supra A), A lin. del. 6 ADIN|UENTIONEM (S supra M), M lin. del. 11 P⌊U⌋TENT ex PETUNT corr. 14 SEAZABOLI, A (in SEA) lin. del. 17 INBRES, falso E ex I corr. INFELICESNOSSE (IPSI supra) 22 ASPEDES] facile conicias scribendum esse ASPIDES

tes et globus ignis; nares eius efflant fumum | furnacis ignis ardentis; flammae carbonum anima eius et incendia de lingua eius procedunt; in collo eius conmoratur uirtus et ante illum praecurrit perditio; ipse
5 est, sicut et alibi profeta ait, qui reputat petram sicut stipulam et inridet terrae motum; cubile eius est sodes acutae et omne aurum quod est sicut mare tamquam lutum sub ipso est; feruere facit pontum sicut aeneum et fretum sicut speculum aestimat, tartarum uero abys-
10 si sicut captiuum aeternale; non est factum quicquam simile illi in terra ‖ quod inludatur ab angelis meis; 30 omnem excelsum uidet et ipse est rex omnium quae in aquis sunt. Nobis autem deus Christus Iesus est qui dixit: omne meum est quod est sub caelo, et testis
15 fidelis primogenitus ex mortuis in medio candelabrorum aureorum similis filio hominis apparuit uestitus tunica talari et praecinctus ad ubera zona aurea et capilli capitis eius albi tamquam lana et tamquam nix et, sicut scriptum est, oculi eius tamquam flamma
20 ignis et pedes eius similes aeramento turino eiecto furnace et uox eius | sicut uox aquarum multarum et in dextera manu sua tenet stellas septem et de ore eius exit gladius ex utraque parte acutus et facies eius sicut sol lucens in uirtute sua. Hic est qui habet
25 claues mortis et inferni; hic est cuius nomen in cal-

5 Iob. 41, 20—25. 14 cf. Matth. 28, 18; Io. 16, 15. testis—mortuis] Apoc. 1, 5; Col. 1, 18. 15 in medio] Apoc. 1, 13—16. 24 habet] Apoc. 1, 18. cuius] Apoc. 2, 17.

2 ARDENTES' 6 TERRE ante uerbum EST et post uerbum ACUTAE nigriore atramento posterior manus tales lineas adpinxit: ⌊EST ACUTAE⌋ 10 QUIDᶜ'QUAM, D lin. del. 12 OMNEM] recte conicias aeque atque in Uulg. scribendum esse OMNE, cum praesertim in Septuag. legatur πᾶν; cf. quae in praef. cap. II de litt. M parasitica diximus 20 TURINO] cf. quae de hoc uocabulo dixi in Arch. f. lat. Lex. III, p. 328 22 SEPTE' cf. supra ad 5, 9; 20, 13.

culo nouo albo scribtum est, quod nemo habet nisi qui accepit. Si enim scismaticis non facimus scandalum, quod nomen deus in calculo nouo legimus inscribtum, qui in omni littera siue hebrea siue latina siue graeca in omne
31 quod uidetur aut dicitur rex regum et dominorum ‖ do- 5
minus est; in quibus linguis etsi titulus crucis ponitur, diuinum tamen deo testimonium litteratur sicut et in profetis dei; in quo Hieremias proposito hebreicae litterae caractere fleuit in planctibus, Dauid exultauit in psalmis, ut in nomine Iesu omne genu curuetur caelestium et terrestrium et 10
inferorum et omnis lingua confiteatur deo. Ipse est enim de quo scribtum est: uicit leo de tribu Iuda; sed nobis leo non est deus, sed sicut scribtum est 'quid dulcius melle et quid fortius leone'? ipse est de quo scribtum est: ceruus amicitiae et | pullus gratiarum sermonetur 15
tibi; sed nobis non est deus ceruus aut pullus, sed sicut scribtum est: priusquam dicas domine domine, dicit ecce adsum, et sicut alibi: ex ore lactantium praeparasti laudem; ipse est qui, sicut scriptum est in profeta, solus potens est colligere uinculum Pliadae et Orionis septa rese- 20
rare, sciens demutationem firmamenti et distruens rotam geniturae reparatione baptismatis diem nostrae natiuitatis euicit; ipse est cuius nomen dedit in mari uiam et in fluctibus
32 semitam firmissimam, cu‖ius nomini uictum camini cessit incendium. Quem etiam Balaam idolorum cultor et dae- 25
monum in infelicitatis suae testimonium profetauit dicens:

5 I. Tim. 6, 15. 9 Philipp. 2, 10. 11. 12 Apoc. 5, 5. 13 Iudic. 14, 18. 15 Prou. 5, 19. 17 cf. Es. 58, 9. 18 Ps. 8, 3. 19 Iob. 38, 31. 21 cf. Iac. 3, 6. 23 Sap. 14, 3. 24 nomini] cf. Dan. 3, 34. 43.

5 ET·DOMINORU~, quae sint erasa supra uersum, dici nequit, sed DNS fuisse censeo dominus] DNS, hoc uocabulum rasura corrosum est 6 TITULIS 11 INFER̄ORUM ET OMNIS, fortasse 'infernorum' legi uoluit qui lineolam posuit supra uersum homo posterioris aeui; uid. autem infra fol. 89ᵃ CONFITEATUR DO, DO in margine pos. 25 DAEMONIU~, I lin. et puncto del.; cf. supra 7, 2; 15, 12

exiet homo ex semine Iuda et dominabitur gentium multarum et exaltabitur regnum eius; dominus enim deus adduxit eum ex Aegypto; sicut honor unicorni cornua eius, comedet gentes inimicorum suorum et 5 cubitos eorum emedullauit et iaculis suis concutiet inimicos et conquiescens refrigerabitur sicut leo et sicut catulus leonis; quis suscitauit eum? Qui benedicunt | eum benedicti sunt et qui maledicunt eum maledicti sunt. Cuius quamuis uerba propter id, quod erat 10 ipse inter iustorum profetias, nemo susciperet, tamen prohiberi ab scripturis domini et id damnari scribtura nefas duxit, quidquid etiam in huiusmodi ad dei Christi testimonium profetarunt, sicut scribtum est: cum sit timida nequitia, dat testimonium deo condemnata, et alibi: credes quia unus 15 deus est; hoc et daemonia faciunt et perhorrescunt. Et si scire desiderant, quod est nomen quod in omnem uirtutem et in omnem linguam potentiae || suae opus tribuit, hoc est 33 quod est Christus Iesus, sicut scribtum est: aurum adque argentum non est mihi; quid autem habeo, hoc do tibi; 20 in nomine Iesu surge et ambula; sicut et alibi: ego sum dominus deus, hoc est nomen meum; gloriam meam alteri non dabo; et alibi dicente Iohanne: et uestimentum eius erat asparsum sanguine et uocabatur nomen eius uerbum dei; et alibi: ecce uirgo in utero accipiet et 25 pariet filium et uocabitur nomen eius Immanuel quod interpraetatur nobiscum deus. Conuertere itaque aliquando, infelix scismatice, con|uertere et nomen domini, quod omnis etiam ferarum et bestiarum natura timuit, expauesce, quia scribtum est: oportet quidem scandala esse, sed uae 30 illi, per quem facta fuerint; utinam enim aut callidus esses aut frigidus, sed quoniam tepidus es, euomeris

1 Num. 24, 7—9. 13 Sap. 17, 10. 14 Iac. 2, 19. 18 Act. 3, 6. 20 Es. 42, 8; 48, 11. 22 Apoc. 19, 13. 24 Es. 7, 14; Matth. 1, 23. 29 Matth. 18, 7. 30 utinam] Apoc. 3, 15. 16.

5 emedullauit] nolui mutare in emedullabit 11 dixit, i (in di) puncto del. 19 quid] nolui mutare in quod 21 gloriamea alteri, cf. supra ad p. 25, 22 27 omnes. 30 callidus] ita codex

ab ore domini; sed, sicut scribtum est, console tibi et
paenitentiam age et eme tibi aurum igne probatum,
ut id quod ipse emeris factus tamquam aurum expurgatum
igne, scribatur in te nomen domini quod est Iesus, cum in ea
quae agis paenitens nomen domini saluatoris, quia per ipsum 5
34 saluatus ‖ fueris, ostendis, quia scribtum est: et appellabitur
nomen eius Iesus, quia hic est qui saluabit omnem
populum, et intellege parabolas et obscuros sermones et
dictiones prudentium et obscuritates, quia potens est qui dixit:
cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris, quoniam 10
deus noster id quod multifarie ac multis modis saluans
ab initio populum suum patribus nostris in opere monstrauit, ueniens in carnem ostendit in nomine appellatus Iesus.
Si quis autem aliter sentit, portabit iudicium, quicumque
ille; illis enim, sicut ab infelicibus dicitur, masculofemina | putetur deus: nobis autem et in masculis et in feminis dei spiritus 15
est, sicut scribtum est: fecit deus hominem ad imaginem
et similitudinem suam, masculum et feminam; fecit
eos et benedixit eos; sicut et de ipso apostolus ait: Christus
dei uirtus et dei sapientia; cuius cum simus uiri et 20
ipse uir et caput nostrum, desponsatos nos in fide exhibiturum se apostolus uni uiro castam nos uirginem
repromisit, quia non est masculus neque femina, sed
omnes unum sumus in Christo Iesu. Illis ergo confusio
sit omne quod legerint, nobis eruditio intellegere quod scribtum 25
35 est uimque uiuentis scire ‖ uerbi. Opus non erratico et carnis

1 Apoc. 3, 19. 18. 6 Matth. 1, 21. 8 Sirac. 39, 2. 10 Es. 30, 15. 11 Hebr. 1, 1. 14 Gal. 5, 10. 17 Gen. 1, 27. 28. 19 I. Cor. 1, 24. 20 cuius] cf. I. Cor. 11, 3; Eph. 5, 23. 21 desponsatos] II. Cor. 11, 2. 23 Gal. 3, 28.

6 ostenderis, litterae er ras. deletae sunt 8 parabolas, o ex u corr. 11 multifariae, litt. a deleta est puncto superposito 13 carne^m ostendit 17 ima|ginemsuam etsimilitudinem 21 desponsatõ, e ex i corr. 24 il|lis| 25 eruditioquod' intellegerequod, priore loco 'quod' tenui linea del. uidetur 26 ui uentes

sensu confusibilibus carnalium luxuriarum typis diuini sermonis aestimare naturam, sed, sicut scribtum est, inuisibilia dei a creatura mundi per ea quae facta sunt posse cognosci. Hi sunt enim qui carnis maculatam tunicam 5 portantes diuini sermonis gratiam in libidines transtulerunt et dominationes spernunt, dignitates blasfemant, profetationes contemnunt, resurrectionem negant; sicut scribtum est: magis magisque post carnis uoluntates euntes pietatem contemnunt audacia praedurati et propter unanimitatem, 10 quia ig|norant, non metuunt blasphemare, quibus perditio non indormiet. Nobis autem scientibus quoniam non est aliut nomen praeter Christum Iesum sub caelo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri, neque Armaziel neque Mariame neque Ioel neque Balsamus neque 15 Barbilon deus est, sed Christus Iesus de quo scribtum est: et adorent eum omnes angeli dei, et ipse est qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem et omnia in omnibus adinpletur, et ipse est semen quod repromissum est dispositum per angelos ‖ in manu 36

2 Rom. 1, 20; cf. Prisc. can. VIIII. 4 cf. ep. Iudae 23. 6 II. Petr. 2, 10. 7 II. Petr. 2, 10. 3. 11 Act. 4, 12. 15 Hebr. 1, 6. 7; Ps. 96, 7; 103, 4. 18 omnia] Eph. 1, 23. semen] Gal. 3, 19.

14 cf. inter alios *Hieronym. ep. 75* (= ed. Migne 22, col. 687): nequaquam suscipiens Armagil Barbelon Abraxas Balsamum et ridiculum Leusiboram; cf. *idem, comm. in Es. lib. XVII, cap. 64, u. 4 sq.* (= Migne 24, col. 622 sq.): ut Basilidis Balsami atque Thesauri, Barbelonis quoque et Leusiborae ac reliquorum nominum portenta susciperent; *idem, contra Vigilantium c. 7* (= Migne 23, col. 344): nisi forte Balsamum mihi et Barbelum et Thesaurum Manichaei et ridiculum nomen Leusiborae proferas. — *Irenaeus* ed. Stieren I, p. 260: Aeon numquam senescens in uirginali spiritu, quem Barbelon nominant, e. q. s. — 'Leosiboram' uid. supra p. 11, 19.

1 TYPIS, Y ex I corr. 5 LIBIDINES, E ex I corr. 8 UOLUNTATEMEUNTES, (S supra), M lin. del. CONTEMNUNT AUDA(CIA) PRAEDURATI 15 erat: IHS QUIASCRIBTUMEST ADORENT; uocabula DE et ET in uersuum fine imposuit et QUO corr. man. I

mediatoris; ipse est qui est super omnem principatum
et potestatem et uirtutem et dominationem et supra
omnem nomen quod nominatur non solum in hoc sae-
culo, sed etiam in futuro; ipse est deus noster nec alius
reputabitur absque eum, quis est caput super omnem 5
eclesiam, quae est corpus ipsius et plenitudo eius, qui
omnia et in omnibus adinpletur. Siue autem Paulus siue
Apollo siue Cefas siue mundus siue uita siue mors
siue praesentia siue futura: omnia nostra, nos autem
Christi, Christus autem dei. 10

Et haec est omnium nostrum una | sententia, ut, siue pro-
fetae seu apostoli seu angeli quid dictum a quoquam nomine
proferatur, si Christum deum profetat aut praedicat et secun-
dum Moysen et profetas et euuangelia mundialia uitia condem-
nans deum loquitur, si catholicae fidei consentit, amplectimur; 15
si autem, quod nefas est, Iesum deum negat et dissentiens
Moysi euuangeliis uel profetis infelicium, quod non licet, dogma-
tum sacrilegia persuadit, neque profeta neque apostolus neque
angelus, etiamsi sibi nomen praeferat sanctum, sed tamquam
37 anathema a nobis habetur et refuga, sicut || scribtum est quia 20
nemo in spiritu sancto dicit anathema Iesu et nemo
nisi ⟨in⟩ spiritu sancto loquitur dominum Iesum; sicut

1 Eph. 1, 21; cf. Prisc. can. LXXXIII. 4 deus] Bar. 3, 36.
5 caput] Eph. 1, 23. 7 Siue] I. Cor. 3, 22. 23. 20 I. Cor. 12, 3.

3 OMNEM] uid. supra p. 25, 12 et quae Petschenig dicit in Zeitschr. f. öst. Gymn. 1886, p. 640. 4 EST, man. I in marg. 5 REPU(BI)TATUR ABSQUEEUM QUISEST QUIS] nolui mutare in QUI, cf. supra 27, 19 11 PROFETE 14 EUUANGELIAUITIA (MUNDIALIA) CONDEMNATET (NS), T (in NAT) lin. del., uocabulum uero ET non deletum est 15 si] QUIA (S), QU lineis, A ras. del. AMPLECTIMUR] coniunctiuum scribere nolui, quamuis UT praecedat 18 PERSUADIT] cf. Schuchardt, Uulgärlat. I, 259 19 PREFERAT (A) 21 IN in margine man. I add. 22 IN (post NISI) deest in codice, sed exstat in eodem uersu citando fol. 52[b] et 67[a]

et Iohannes ait: omnis spiritus qui confitetur Christum Iesum in carnem uenisse, de deo est et omnis spiritus qui soluit Iesum, de deo non est et hic est antechristus; sicut et ipse alibi: qui non confitentur Christum 5 Iesum in carne uenisse, hi sunt seductores et antechristi. Sicut et Hiesu Naue profeta domini et dux in Istrahel apparente sibi angelo non solae apparentiae, sed uerborum confessionibus credens exclamauit ad angelum: noster es aut aduersariorum? et ille, ut | fides sermonibus illius haberetur, 10 principem se militiae domini esse confessus est et sic factum est, ut Iesus qui nihil aliud extra deum crederet tunc sermonibus angeli loquentis ad se fidem daret, cum esse se ille de militia domini non negasset. Sicut et Iohanni apostolo in apocalypsi, cum loquentem ad se angelum adorare uellet, ostensum est 15 deum non angelos adorandum dicente angelo ad ipsum: ne feceris, Iohannis; conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum qui habent testimonium; Iesum deum uero adora! testimonium autem Iesu spiritus est ‖ et pro- 38 fetiae; sicut et Eseias ait: neque nuntius neque angelus, sed 20 ipse dominus ueniet et saluos nos faciet.

Si qui autem inflati sunt nihil scientes et extra quattuor euangelia quintum aliquod euangelium uel fingunt uel confitentur, cur hoc ad nostram, qui talium respuimus infelicitates, profertur inuidiam? Hi sunt enim in quibus deus saeculi huius ex- 25 caecauit sensus infidelium, ut non resplendeat in illis inluminatio euuangelii gloriae Christi qui est imago dei, et ueniat super eum omnis ira domini, qui hoc aut scribit in titulis aut confitetur aut credit. | Nos autem uenerabilis eclesiae dei per symbolum corpus ingressi indissolubilem 30 fidem uno fonte tripertito rigatam in quattuor euangeliorum dispositione cognouimus, nullum alium deum esse credentes

1 I. Io. 4, 2. 3. 4 II. Io. 7. 8 Ios. 5, 13. 10 Ios. 5, 14. 15 Apoc. 19, 10. 19 Es. 35, 4. 24 II. Cor. 4, 4. 27 ueniat] cf. I. Thess. 2, 16.

7 solae] soli scribere nolui; cf. 'nullae' p. 15, 7 13 apocalypse 29 ecle(s)iae corpus, superscr. di · per symbolum 30 recatam, e lin. del.

nisi Christum deum dei filium, qui pro nobis crucifixus in nomine suo baptismum remissionis ostendit, praedestinans a principio saeculi in profetia electos suos, ex quibus Christus secundum carnem sicut et generatio domini in euuangelio per eos disposita et edicta retinetur, per quos profetans se domi- 5 nus aduentus sui iter praestitit, sicut scribtum est: effundam
39 de spiritu ‖ meo super omnem carnem et profetabunt filii et filiae eorum et iuuenes eorum uisa uidebunt et senes somnia somniabunt, et quidem super seruos et ancillas meas effundam de spiritu meo et dabo pro- 10 digia in caelo susum et signa deorsum; sol conuertetur in tenebris et luna in sanguinem, priusquam ueniat dies magnus domini; et erit: quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. In quo et nos non desperamus loqui de eo, quia nullius prohibens aut intercipiens spiritum certo 15 profetiae fine conclusit, sed ut omnes qui credent eum libere de eo loquerentur indulsit; sicut | et in euuangelio scribtum est: benedictus deus qui uisitauit et fecit redemptionem plebis suae et erexit cornum in domo Dauid, sicut locutus est per os sanctorum suorum prophetarum 20 qui ab aeuo sunt; sicut et Tobi profeta ait ad filium suum: nos fili profetarum sumus; Noe profeta fuit, Abraham Isac et Iacob et omnes patres nostri qui ab initio saeculi profetauerunt; sicut et Iudas apostolus ait: profetauit de his septimus ab Adam Enoc dicens: 'ecce uenit do- 25 minus in sanctis milibus suis facere iudicium'; sicut

3 cf. Marc. 13, 27. 6 Act. 2, 17—21; Ioel II, 28—32. 18 Luc. 1, 68—70. 22 Tob. 4, 13 (locus in uers. Uulgata non legitur, exstat tamen in Itala). 24 ep. Iudae 14. 15.

9 OMNES (SE supra), OM lin. del. SOMNIABUNTUR, UR lin. del. 12 TENEBRIS] in accusatiuum mutare displicet 14 DESPERAMUS, D ex I corr. 15 NULL(I)US 16 CONLUSIT CREDENT] facile conicias CREDERENT 19 CORNUM] ita codex 22 PRO
FUIT·ABRAHAMISACET
FETAIACOBET

et apostolus nulli loquendi de deo iter claudens cum ad plebes quibus prae‖dicabat scriberet: potestis, inquid, singuli quique profetare, ut omnes discant et omnes exhortentur, 40 sed et alibi: spiritus profetarum profetis subiecti sunt, 5 ut qui deo Christo crederet profetandi de deo desperationem in eo quod omnibus suis promiserat non haberet.

Et ideo, beatissimi sacerdotes, si satisfactum, damnatis heresibus et dogmatibus et fidei expedita abseratione, et deo putatis et uobis, dantes testimonium ueritati inuidia nos mali-10 uolae obtrectationis absoluite et referentes ad fratres uestros ea quae maledicorum sunt uerbis uexata sanate, | quoniam fructus uitae est probari ab his qui fidem ueri expetunt, non qui sub nomine religiosorum domesticas inimicitias persequuntur.

2 I. Cor. 14, 31. 4 ibid. u. 32.

12 *Faustini presb. fides* (Migne 13, 79): qui sub nomine catholicae fidei impia uerba defendunt.

8 ABSERATIO|NE] cf. Archiv f. lat. Lex. ed. Wölfflin III, 324. 9 MALEUOLAE, E (in LE) lin. del. 10 ABSOLUITE, eratne A superscript.? 12 UIRI 13 post 'persequuntur' haec subscriptio occurrit: EXPLICIT INCIPIT.| LIBER ADDAMASUM| EPISCOPUM.| ‖

PRISCILLIANI

LIBER AD DAMASUM EPISCOPUM.

Wirceb. fol. 41

Etsi catholica fides dati per deum symboli iter possidens credendi gloriam potius expetit quam loquendi, quoniam quae ueritate sui enixa sunt interpraetandi ingenium non requirunt, 5 dicente apostolo: contentiones legis deuita, tamen temporis necessitate cogente, quam nobis inrogata per Hydatium episcopum inposuit iniuria, licet semper patientiae partes secuti simus fueritque in studio sustinere potius aliquem quam mouere, gratulamur sic rerum uenisse rationem, ut apud te, qui 10 senior omnium nostrum es et ad apostolicae sedis gloriam uitae experimentis nutritus beato Petro exhortatore uenisti, quod credimus et loquamur, adinplentes apud te apostolici sermonis fidem dicentis: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. In quo et nos, baptizati in 15 Christo Christum induentes, et fidem ueri multiplici quidem dispositione sublimem sed unita unius dei potestate uenerabilem, sicut corde credimus, ita ad omnium salutem qui falsiloquio sermonum in scandalum missi sunt confitemur. Nam cum ante conplures annos uiui lauacri regeneratione reparati et sor- 20

6 Tit. 3, 9: cf. Prisc. can. XXVII. 12 cf. II. Cor. 4, 13. 14 Rom. 10, 10. 15 Gal. 3, 27.

1 Uid. subscriptionem tractatus primi. — De eis quae in hoc tractatu occurrunt nominibus propriis, uelut de Damaso Hydatio Caesaraugusta Hygino Symphosio Hemeretensibus Ambrosio uid. uel potius opp. *Sulp. Seuerum. chron. II, 46 sqq.* et libellum nostrum, quem supra ad p. 17, 29 commemorauimus. In margine superiore folii 41ᵃ manu saec. VIII satis rudi haec inscripta sunt: 'pro elimosina eccone'; uid. praef. cap. II 3 FIDES, I ex I corr. 7 QUAMUIS, syll. UIS erasa et punctis superpositis del.

dentes saecularium ‖ actuum tenebras respuentes totos nos dedis- 42
semus deo, legentes quod qui quemquam amplius quam deum
diligeret discipulus eius esse non posset, alii nostrum iam
in eclesiis electi deo, alii uita elaborantes ut eligeremur, catholicae
5 pacis sequebamur quietem; uerum cum repente siue necessaria
redargutione siue aemulatione uitae seu nouissimi temporis
potestate orirentur contentiones, nos caritatem Christi dei
optantes et pacem etsi conscientia confidebamus, timebamus
tamen, ne quid, sicut factum est, contentio animorum faceret
10 quod pax eclesiastica non teneret. Deo tamen qui | unus et in
omnibus uerus est inter haec gratias, quod nullus e nostris
qui libellum tradidimus usque in hoc tempus uel accusatorem
reprehensibilis adhuc uitae potuit habere uel iudicem, licet ob-
trectari non semper nocentium sit, sed sit aliquotiens quieto-
15 rum. Denique in conuentu episcopali qui Caesaraugustae fuit
nemo e nostris reus factus tenetur, nemo accusatus, nemo
conuictus, nemo damnatus est, nullum nomini nostro uel pro-
posito uel uitae crimen obiectum est, nemo ut euocaretur non
dicam necessitatem sed nec sollicitudinem habuit. Datum
20 nescio quod ab Hy‖datio ibi commonitorium est quod uelut 43
agendae uitae poneret disciplinam: nemo illic nostrum inter
illa repraehensus tua potissimum epistula contra inprobos prae-
ualente, in qua iuxta euangelica iussa praeceperas, ne quid
in absentes et inauditos decerneretur. Nos tamen, etsi absentes
25 ibi fuimus, semper hoc in eclesiis et admonuimus et admonemus,
ut inprobi mores et indecentia instituta uiuendi uel quae con-
tra Christi dei fidem pugnant probabilis et Christianae uitae

3 cf. Luc. 14, 26. 23 sq. cf. I. Tim. 5, 20. 21.

24 cf. *Lucifer Cal.* p. 66 not. ed. Hartel.: quia absentem nemo debet iudicare nec damnare.

4 ELEGEMUR 14 SEMER (P supra), R ex N corr. pro SITSEDSIT conicias SIT SED ET 15 CAESAR|AUGUSTE (A supra) 19 SOLLICITUDINEM, M falso erasum 24 DECERNETUR, cf. supra lin. 4 26 INPROBOS 27 UITAE▨AMO|RE|DAMNENTUR NEC; post UITAE una littera erasa est, syll. RE in margine exstat in rasura.

amore damnentur, nec prohibere si quis contemptis parentibus liberis facultatibus dignitate et adhuc et anima sua deum malluerit amare quam saeculum, nec spem ueniae tollere his, qui, si ea quae prima sunt non quaeunt, uel in mediis tertiisque consistunt, quoniam multis mansionibus apud 5 deum patrem positis, si fides symboli incorrupta teneatur, teneri debere propositam nobis in Christo spem, etiamsi adinplendi perfecti operis non habeant facultatem, sequentes apostolum Paulum, qui aliis secundum imperium praecipere, alios secundum ueniam admonere, alios sine 10 auctoritate praecepti consilio informare se dixit, ut omnes lucrifaceret qui ad Christi fidem diuersa misericor-
44 diae uocatione || uenissent. Fidem uero sicut accepimus, ita et tenemus et tradimus, credentes *unum deum patrem omnipotentem,* sicut scribtum est: ex quo omnia et nos per ipsum, 15 *et unum dominum Iesum Christum,* sicut scribtum est: per quem omnia et nos per ipsum, *natum ex Maria uirgine ex spiritu sancto,* sicut scribtum est: ecce uirgo accipiet in utero et pariet filium et uocabitis nomen eius Emmanuel quod interpraetatur nobiscum deus, et iterum 20 de eo: spiritus sanctus ueniet in te et uirtus altissimi obumbrauit te ideoque et quod nascetur sanctum uocabitur filius dei, *passum sub Pontio Pilato, crucifixum,* sicut scribtum est: | et inter iniquos deputabitur, *sepul-*

5 cf. Io. 14, 2. 7 cf. Rom. 7, 18. 9 cf. I. Cor. 7, 6 et 9, 19; I. Tim. 1, 1; Prisc. can. XLI. 15 I. Cor. 8, 6; cf. Prisc. can. XXV. 16 I. Cor. 8, 6. 18 Es. 7, 14; Matth. 1, 23. 21 Luc. 1, 35. 24 Es. 53, 12; Luc. 22, 37.

4 *Cicero, orator 1, 4:* prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.

1 PROHIBERE] infinitiuum nolui mutare in coniunctiuum; cf. quae dixi in Arch. f. lat. Lexik. III, 320 sq. 3 MALLUERIT] nolui scribere MALUERIT 4 QUAEUNT] nolui mutare in QUAERUNT 14 UNUM etc.] uide quae de hoc Priscilliani symbolo dixi in libello ad p. 17, 29 citato, p. 20 not. 22 OBUMBRAUIT] cf. Arch. f. lat. Lex. III, 318 NASCETUR] post hoc uerbum excidisse censeo: EX TE 23 SUBI, I linea et puncto del.

tum, tertia die resurrexisse, sicut scribtum est in profetis: sustinete me in diem resurrectionis meae, *ascendisse in caelos, sedere ad dexteram dei patris omnipotentis,* sicut scriptum est: ecce uidi caelos apertos et filium hominis
5 sedentem ad dexteram dei, *inde uenturum et iudicaturum de uiuis et mortuis,* sicut scribtum est: sic ueniet quemadmodum uidistis illum euntem in caelum, *credentes in sanctam eclesiam, sanctum spiritum, baptismum salutare,* sicut scribtum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et
10 spiritu sancto, non as||cendet in regna caelorum, *credentes remissionem peccatorum,* sicut scribtum est: dico uobis, filioli, quia remittuntur uobis peccata propter nomen eius, *credentes in resurrectionem carnis,* sicut scribtum est: resurrectionem autem futuram etiam Moyses adnun-
15 tiauit dicente domino 'ego sum deus Abraham, deus Isac, deus Iacob'; non est deus mortuorum, sed uiuentium; omnes enim illi uiuunt. 45

Cuius symboli iter custodientes omnes hereses doctrinas instituta uel dogmata, quae sibi altercationem non ingenia, sed
20 studia fecerunt, catholico ore damnamus, bapti|zantes, sicut scribtum est, in nomine patris et fili et spiritus sancti; non dicit autem 'in nominibus' tamquam in multis, sed in uno, quia unus deus trina potestate uenerabilis omnia et in omnibus Christus est, sicut scribtum est: Abrahae dictae
25 sunt repromissiones et semini eius; non dicit 'et seminibus' tamquam in multis, sed quasi in uno 'et semini tuo' quod est Christus; de qua re loquens profeta ait: hic est deus noster nec reputabitur alius absque eo qui

2 Sophon. 3, 8. 4 Act. 7, 55. 6 Act. 1, 11. 9 Io. 3, 5. 11 I. Io. 2, 12. 14 cf. Matth. 22, 31. 32; Luc. 20, 38; Exod. 3, 6. 20 Matth. 28, 19. 23 Col. 3, 11. 24 Gal. 3, 16. 27 Bar. 3, 36—38.

21 Cf. p. 39, 15; 49, 2 al. De particula ET in hac formula a Priscillianistis consulto omissa opp. infra *Orosii commonitorium, c. 2* sub fin., et quae Luebkert (p. 25 sq.) et Mandernach (p. 17) afferunt in libellis a nobis in praef. cap. I laudatis.

19 NON^{IN}CENIA 20 CATHO'LICOSORE, de litt. S parasitica uide quae in praefationis cap. II diximus

accepit legem et dedit eam Iacob puero suo et Istrahel dilecto suo; posthaec in terris uisus est et cum
46 hominibus conuersatus est. ‖ Et quamuis longum sit ire per singula et aspernabile sit Christianis sensibus talium miseriarum uel repetere doctrinas, tamen haec ideo apud uenera- 5 bilem coronam tuam dicimus, ut, si in ea quae damnamus incurrimus, ipsa libelli nostri professione damnemur. Quis enim potest catholicis auribus Arrianae heresis nefas credere, qui diuidentes quod unum est et plures uolentes deos profetici sermonis lumen incestant, non legentes dicente Moyse: audi, 10 Istrahel, dominus deus tuus deus unus est; cui testimonium in euangelio tulit dominus dicens: Moyses quae scribsit, de me | scribsit. Cuius tamen infelicitatis Fotinus adfinis non uult tenere quod lectum est: maledictus homo qui in homine spem suam ponit; de quo ipse etiam deus 15 noster loquens ad eum quem ex infirmitate sananerat, quem se credi uellet ostendit dicens: uade et dicito quanta tibi fecerit deus, et testimonium hoc uerum est. Quis Patripassianos hereticos ferat dicente scribtura: qui credit in filio habet uitam, qui non credit in filio non habet uitam? 20 Quorum tanta infelicitas est, ut etiam daemoniaca confessione damnentur dicente ad deum in euangelio daemone: quid no-
47 bis et tibi ‖ est, Iesu fili dei uiui, quid uenisti ante tempus perdere nos? Quis Ofitas uel insipiens incidat uolens deum habere serpentem, cum scribtum sit: ego sum dominus 25 deus tuus qui eduxi te de domo seruitutis; non erunt tibi dii alii praeter me; non facies tibi idolum nec ullam similitudinem ex his quae in caelo susum ne-

10 Deut. 6, 4. 12 Io. 5, 46. 14 Hierem. 17, 5. 17 Marc. 5, 19. 18 testimonium] Tit. 1, 13. 19 Io. 3, 36; I. Io. 5, 12. 22 Matth. 8, 29; Marc. 1, 24; Luc. 4, 34. 25 Exod. 20, 2—4; Deut. 5, 6—8.

21 *Hilarius, de trin. VI, 49:* Dignum enim est haereticos non iam apostolicis doctrinis, sed daemonum ore conuinci. Clamant enim et saepe clamant: quid mihi (cod. Uat. 'nobis') et tibi est, Iesu fili Dei altissimi?

5 DOCTRINAE (s supra), e ras. del. 10 NONLEGENTESDICENTEMOYSE] uide quae de hoc ablatiuo dixi in Arch. f. lat. Lex. III, 322

que quae in terra deorsum neque ⟨quae⟩ sub aquis neque quae suh terra. Quis uellit Nouatianorum baptismata repetita, cum scribtum sit: una fides unum baptisma unus deus. Quarum tamen sectarum infelicitatem teste deo Christo quia ex fabulis uulgi, non ex aliqua contentionis conlatione cogno|uimus, quia cum his uel contendisse peccare est, unum hoc scientes quod qui sibi sectarum nomen inponunt Christiani nomen amittunt: inter quae tamen omnia Manicaeos, iam non hereticos, sed idololatras et maleficos seruos Solis et Lunae, inuictiacos daemones cum omnibus auctoribus sectis moribus institutis libris doctoribus discipulisque damnamus, quia de his scribtum est: cum tali nec quidem cibum sumere. Nobis enim Christus deus dei filius passus in carnem secundum fidem symboli baptizatis et electis ad sacerdotium in nomine patris et fili et spiritus sancti tota fides, ‖ tota uita, tota ueneratio est.

In hac ergo ueritate fidei et in hac simplicitate uiuentibus nobis a Caesaraugustana synhodo Hydatius redit, nihil contra nos referens, quippe quos et ipse in eclesiis nostris secum etiam communicantes demiserat et quos nemo nec absentes quidem praesumpta accusatione damnauerat. Sed ut sciat corona uenerabilitatis tuae, unde excandescentiae eius dolor, unde debaccans toto orbe etiam in eclesias furor fuerit: reuersus e synhodo et in media eclesia sedens reus a presbytero suo actis eclesiasticis petitur; datur etiam post | dies paruos in eclesiis nostris a quibusdam libellus et deteriora quam prius a praesbytero obiecta fuerant obponuntur; segregant se de clericis ipsius plurimi, profitentes non nisi purgato sacerdoti se communicaturos.

3 Eph. 4, 5. 6 cf. Prouerb. 24, 19. 12 I. Cor. 5, 11.

24 cf. *Hilarius, de trin. IV, 12:* media in ecclesia et in consessu fratrum, uid. etiam *13* et *VI, 5. 6.*

1 QUAE (ante SUB) deest in codice, sed exstat antecedens uox NE QUE in uersus fine 2 UEL[LIT] scribere UELIT non placet 10 IN UICTIACOS] legendumne INUECTICIOS? 13 CAR'NEM] uid. quae de litt. M parasitica dixi in praefationis capite II 24 F. Loofs in 'Theol. Literaturzeitung' (ed. Harnack) 1886, col. 395 coniecit 'presbyterio'

Hinc nos conuenti damus ad Hyginum et Symposium episcopos quorum uitam ipse nouisti huiusmodi litteras: omnia subito fuisse turbata; prouideri oportere, qualiter eclesiarum pax conposita duraret. Rescribtum est, ut uerbis ipsis loquamur: quan-
49 tum ad laicos ‖ pertineret, si illis suspectus Hydatius esset, 5
sufficeret apud nos sola de catholica professione testatio; de reliquo dandum pro eclesiarum pace concilium; nullum autem in Caesaraugustana synhodo fuisse damnatum. Quis non consacerdotibus crederet, praesertim cum in eadem synhodo uir religiosus qui haec scribebat Symposius adfuisset? Capimus 10
tamen inter ista consilium, ut euntes ad Hemeretensium ciuitatem praesentes ipsi uideremus Hydatium, | pacis potius deo teste quam contentionis auctores. Si enim iniuria et non obsequium fuit consulere potius praesentem tamquam fratrem uelle quam uelut reum euocare, rei sumus; sin uero uenientes 15
et ingredientes in eclesiam turbis et populis concitatis non solum in praesbyterium non admissi, sed etiam adflicti uerberibus sumus, putamus caedentem potius iniuriam fecisse, non
50 caesos. Nos tamen quibus cordi pax erat accipientes ‖ professionem laicorum, quam reprobare, quia esset catholica, 20
non poteramus, ad omnes prope coepiscopos nostros, quid sacerdotalis reuerentia passa fuisset, scribsimus mittentes etiam gesta rerum et fidem professionum nec hoc tacentes, quod multi ex his post professionem ad sacerdotium peterentur. Rescribitur ad nos dandum super ista concilium; credendum habi- 25
tae professioni et sicut dedicationem sacerdotis in sacer|dote, sic electionem consistere petitionis ⟨in⟩ plebe. Hinc ille plus quam oportebat timens concinnat preces falso et rei gestae fabulam texens dissimulatis nominibus nostris rescribtum contra pseudoepiscopos et Manichaeos petit et necessario inpetrat, 30

6 SUFFICERET] infinitiui loco posuit coniunctiuum 14 TAQUAM (m suprascr.) 15 EUOCAREI (RE suprascr.) 17 UERUERIBUS (B suprascr.), U (in UERI) lin. pertenui del. 26 SACERDOTES 27 IN deest in codice; a uerbo PLEBE incipit nouus uersus 29 TE'ÇENS (sed cf. e. g. *August., c. Prisc. et Orig., c. 1:* neque isti inueniunt unde suas fabulas texant; *Oros., adu. pag. I, 10, 19*

quia nemo non, qui pseudoepiscopos et Manichaeos audiret,
odisset. Uiro etiam spectabili fratri tuo Ambrosio episcopo tota
mentitur et, cum relato sibi rescribto sub specie sectae quam
nostrum nemo non damnat in ‖ omnes rueret Christianos, 51
5 hereticum etiam Hyginum nobiscum uocans, sicut epistulae
ipsius missae ad eclesias prolocuntur, agens scilicet, ne iudices
haberet, si omnes diuersis obtrectationibus infamasset, eclesias
nostras commendauimus deo, quarum communicatorias ad te
epistulas detulimus totius cleri et plebis suscribtione transmis-
10 sas, et ad te qui potuimus uenientes uoluimus quidem absentes
supplicare, ut si haberet quod Hydatius obiceret sacerdo|tum
audientiam postulantes nec refugientes tamen iudicium publi-
cum, si ipse malluisset. De nullo autem metuit audiri qui
optat probari; sed studio factum fuerit an malo uoto, deus
15 iudicabit, ut quaestor, cum iustas praeces diceret, respondere
tardaret. Nos tamen, non omittentes in causa fidei sanctorum
iudicium malle quam saeculi, uenimus Romam, nulli graues,
hoc solum desiderantes, ut te primum adiremus, ne taciturnitas
metus conscientiae ‖ iudicaretur, sed magis libellum tradentes 52
20 rei gestae ordinem et quod omnibus maius est, fidem catho-
licam in qua uiuimus panderemus. Nam si et de scribturis
quibusdam, quas Hydatius de armario suo proferens in calum-
niosas fabulas misit, quaeritur de nobis sententia, id nobis cordi
est et semper fuit, ut omnia in scribturis sub cuiuslibet apo-
25 stoli profetae episcopi auctoritate prolatis, quae Christum deum
dei filium profetant aut praedicant et consentiunt canoni euan-

18 *Hilarius, de trin. VII, 1:* ne . . rea in nobis sit . . taciturnitas.
22 *Augustinus, contr. Faust. II, 3:* profertis nobis ex armario uestro nescio
quem primum hominem.

9 SUSCRIBTIONE] ita cod. 10 ABSENTES] ab hoc uocab. incipit
nouus uersus; fortasse scribendum est PRAESENTES 11 UT] desideratur
uerbum finitum; an leg. ET pro UT? OBICERET] fuit OBIEERET
13 MALLUIS'SET] ita cod. 15 IUDICA[B]UIT, U (in UIT) lin. del.
20 OMNIBUSAIUS' (deficiente litt. M) 23 QUERITUR NOBIS
(ante SEN'TENTIA) ex NUBIS corr.

geliis | uel profetis, non posse damnari; quae autem contra
canonem et contra fidem catholicam sentiunt uel loquuntur,
cum omnibus doctoribus discipulisque damnanda, quia scribtum
est: omnis spiritus qui confitetur Christum de deo
est, qui autem non confitetur de deo non est, et alibi: 5
nemo loquens in spiritu sancto dicit anathema Iesu et
nemo nisi in spiritu sancto loquitur dominum Iesum.
Nec enim nos damnari debemus qui catholici sumus, si scrib-
53 turas de deo loquen‖tes secundum se haeretici falsauerunt;
de quibus et ipse Hydatius, qui se minus purgans infamari 10
per haec mauult quos metuit audiri, in concilio Caesaraugu-
stano sic ait: damnanda damnentur, superflua non legantur'.
In quo corona tua perspicit moris illius esse, non nostri crimi-
nis, si quorum una sententia est fides dicatur esse diuersa.
Propter quod uenerabiles sensus tuos petimus, ut, si fides pro- 15
fessionis nostrae, secundum quod tu relictam tibi de apostolis
tradis, in | deo constat, si eclesiarum nostrarum testimonia
pacificis epistulis scribta non desunt, si de scribturis aliud nec
sentire possumus nec debemus, si nemo nostrum reus factus,
nemo auditus, nemo in concilio depositus, nemo etiam cum 20
esset laicus, obiecti criminis probatione damnatus est, licet
noxio sacerdotium nihil prosit et possit sacerdos deponi qui
laicus meruit ante damnari, praestes audientiam, depraecamur,
54 quia omnibus senior et primus ‖ es; Hydatium facias conue-
niri ac si confidet aliquid probare de nobis, coronam aeterni 25
sacerdotii non omittat, si zelum domini usque ad finem
fuerit persecutus. Uel si insitae tibi benignitatis adfectu nulli
uis iniuriam quam ille nobis inposuit inrogare, des ad fratres

4 I. Io. 4, 2. 3. 6 I. Cor. 12, 3. 26 cf. Es. 9, 7.

1 POSSE] ita cod., quamuis UT praecedat 4 OMNES 5 NON NONCON|FITITETUR 10 H⌊Y⌋IDATIUS, I (ante D) lin. del., fuit HAID. 11 QUI(OS)METUIT, I (in QUI) lin. del. 12 INSUPERFLUA, IN lin. del. 14 FIDIS DICATUR ex DUC. corr. 15 UENERA|BILIS FIDISPROFESSIO|NES, cf. supra p. 14, 13. 22 SACERDOTUM

tuos Hispanienses episcopos litteras depraecamur. Omnes enim petimus, ne cui iniuriam fecerimus, ut concilio constituto et Hydatio euocato quos reos factos inpraesen|tes legerint non audiant inauditos. Tamen nemo condemnet ita, ut omnia Hyda-
5 tius quae epistulis missis intulit probet, et solam probandae accusationis neccessitatem habeat; timorem reatus omittat, quoniam illum de nobis nullus accusat; nam et peccatum in nos facile ignoscimus, si probamur, quoniam nouimus et ex uobis discimus, quid deceat sacerdotes, tantum ut probata fide et
10 uita nostra scrib||to quod contra Manichaeos datum est, dato 55
testimonio sacerdotum qui interfuerint concilio, repugnemus, ne sub nomine noxiorum in diebus uestris, quod nefas scitis, aut eclesiae catholicis uiduentur sacerdotibus aut eclesiis sacerdotes.

1 hispanientes (s supra t), t lin. del. 3 factos, o ex u corr. in praesen|tes] uid. Arch. f. lat. Lex. III, 325 5 et] recte conicias sed 6 neccess.] ita cod. 8 pro|bamus, s lin. del. et litt. r ad u alligata nouimus 9 quod, o lin. del. 14 explicit addamasum| incipit lib. defide.| deapocryfis|. fol. 55ᵇ scriptura uacat.

PRISCILLIANI

LIBER DE FIDE ET DE APOCRYPHIS.

Wirceb. fol. 56

. . . . damnet, quoniam nouitas ingenii contentionis est mater, eruditio scandali auctor, schismatis alimentum, heresis nutrimentum, delicti forma peccati. Omne enim quod aut a deo aut ab apostolis dictum uidetur aut factum uel ut fieret adprobatum, hoc est de quo scribtum est: est est non non; quod autem ex nouo ingeniis et calumniis repperitur, hinc testimonium diuinae uirtutis ostenditur dicentis: quod superabundat ex malo est. Uideamus ergo, si apostoli Christi Iesu magistri nostrae conuersationis et uitae extra canonem nil legerunt. | Ait Iuda apostolus clamans ille didymus domini, ille qui deum Christum post passionis insignia cum putatur temptasse plus credidit, ille qui uinculorum pressa uestigia et diuinae crucis laudes et uidit et tetigit: prophetauit de his, inquid, septimus ab Adam Enoc dicens 'ecce uenit dominus in sanctis milibus facere iudicium et arguere omnem et de omnibus duris quae locuti sunt contra eum peccatores.' Quis est hic Enoc quem in testimonium profetiae apostolus Iudas adsumpsit? An qui profetasset de

7 Matth. 5, 37; cf. infra Priscilliani canonem I. 9 Matth. 5, 37. 15 ep. Iudae 14, 15.

19 *Hieronym., de uir. ill. c. 4:* Iudas frater Iacobi ['frater domini' legi in antiquis codicibus animaduertit Uictorius; cf. *Hegesippum* ap. *Eusebium, hist. eccl. III, 19 et 20]* . . . de libro Enoch . . . assumit testimonium. Cf. *Tertull., de cultu fem. I, 3.*

2 Uid. subscriptionem tractatus II, ubi deest 'ET'; agitur uero mutilo nostro libello de apocryphis magis quam de fide, quia ante fol. 56 complura interciderunt (uid. praef. cap. II) 17 uerba IN SANCTIS — OMNEM man. I in margine inferiore posuit; in textu est hoc signum: DNS· hd· ET

deo, alium non habebat nisi profetiam huius poneret, quam, si uera dicuntur, canonica ipse ordinatione ‖ damnasset? Aut 57 fortassis Enoc profeta esse non meruit quem Paulus in epistula ad Hebreos facta ante translationem testimonium 5 habuisse testatur aut quem in principio generis, cum adhuc mundi forma et natura rudis saeculi, peccatum decepti hominis retinens, futuram conuersionem ad deum post peccata non crederet, transferre inter suos deus maluit quam perire? De quo si non ambigitur et apostolis creditur quod 10 profeta est, qualiter consultatio potius quam tumultus, consilium quam temeritas, fides quam perfidia dicitur, ubi, dum in ultio|nem simultatum sententia tenditur, praedicans deum propheta damnatur? Aut numquid de triuialibus rebus agimus aut tali et tesserae inter manus nostras sunt aut scaenae lu-15 dibria tractamus, ut, dum homines huius saeculi sequimur, apostolorum dicta damnemus? Aut quae constituendae pacis est gratia, hominibus quae uoluerint credere et dicta apostolica non tenere? Sed fortassis aliquis in haec ingenia se iactet, ut, quamuis etiam unum testimonium ad confirmandam 20 sanctorum fidem in deo ualeat, tamen dicat uni rei ‖ non esse 58 credendum, sed in duobus et tribus testibus totius uerbi constare rationem. Conuertat itaque sese quilibet qui huiusmodi est, et utrum uera dicamus diligens scripturarum scrutator inquirat. Quid est quod Tobi sanctus futurae uitae 25 ad filium praecepta disponens, cum quid custodiret ediceret, ait: nos fili prophetarum sumus; Noe profeta fuit et Abraham et Isac et Iacob et omnes patres nostri

4 Hebr. 11, 5. 21 Deut. 19, 15; Matth. 18, 16; II. Cor. 13, 1; I. Tim. 5, 19; cf. infra Prisc. can. XLVI et *Hieronymi ep. 27 (ad Marcellam* = Migne 22, 432) 26 Tob. 4, 13 (in Itala).

11 *Hilarius, contra Constantium imp. c. 6:* Non est istud temeritas sed fides, neque inconsideratio sed ratio, neque furor sed fiducia; — c. 24: ... perfidia non fides est. 14 tali et tesserae] cf. *Cicero, de or. III, 15, 58; de senect. 16, 58.*

3 fortasses 11 perfidiaquam|fidis 12 simultantum 14 tessere 22 sesiquili|betqui

qui ab initio saeculi profetauerunt. Quando in canone profetae Noe liber lectus est? quis inter profetas dispositi ca|nonis Abrahae librum legit? quis quod aliquando Isac profetasset edocuit? quis profetiam Iacob quod in canone poneretur audiuit?. Quos si Tobia legit et testimonium prophetiae 5 in canone promeruit, qualiter, quod illi ad testimonium emeritae uirtutis datur, alteris ad occasionem iustae damnationis adscribitur? Inter quae ignoscant singuli quique, si damnari cum prophetis dei malumus, quam cum his qui incauta praesumunt ea quae sunt religiosa damnemus. Quis enim accu- 10 satore Noe diuini iudicii disceptatione non timeat? De quo 59 apostolus ait:|| Noe iustum iustitiae praeconem custodiuit cataclismum mundo super impios inducens. Quis Abrahae profetae sinum ad quietis testimonium non requirat? quis reputari in Isac semen nolit? quis Iacob dictum a deo 15 Faraonis deum non amet? aut quis non memorias sanctorum respuens intremescat, cum scribtum sit: amen dico uobis quod qui scandalizauerit minimum ex his qui crediderunt in nomine meo bonum est illi ligari molam asinariam et in profundum maris mitti. Quod si de 20 minimis dicitur, uolo scire, quid de his qui ad fidem primi sunt pronuntiatur. In quibus tamen omnibus libris non est metus, si qua ab infelicibus hereticis sunt inserta, delere et ⟨quae⟩ profetis uel euangeliis non inueniuntur consentire respuere. Nec enim illi ipsi deo sancti mendacium in ueris et 25 sacrilega amplectuntur uel detestabilia pro sanctis, meliusque est zezania de frugibus tollere quam spem boni fructus propter zizania perdidisse, quod propterea cum suis inter sancta zabulus inseruit, ut, nisi sub cauto messore, cum

12 II. Petr. 2, 5. 14 cf. Luc. 16, 22. 23. 15 cf. Gen. 21, 12; Rom. 9, 7 al. quis Iacob e. q. s.] cf. Exod. 7, 1 ubi tamen de Mose agitur 17 Marc. 9, 41; Matth. 18, 6. 27 cf. Matth. 13, 29. 29 cf. Matth. 13, 25. 39.

11 DISCEPTATIONE] facile de accusatiuo cogites; cf. quae in praef. cap. II de litt. M oppressa dixi 19 LEGARI, puncto superposito E del. 22 PRONUNTIATUR] retinui indicatiuum, quamuis desideretur coniunctiuus. 24 QUAE deest in codice.

zezaniis frux pe||riret et bona faceret occidere cum pessimis, 60
una sententia adstringens eum qui pessima cum bonis iungit quam qui bona cum malis perdit. Denique in euangelio cata Lucanum dicente euangelista testatur deus dicens: inqui-
5 retur sanguis omnium profetarum qui effusus est a constitutione mundi, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zacchariae qui occisus est inter altare et aedem; et Helias in regnorum ait: altaria tua suffoderunt, profetas tuos occiderunt et ego relictus sum solus et
10 quaerunt animam meam. Quis est iste Abel profeta, ex quo sanguis profetarum sumpsit exordium, cuius principium in Zacchariam finit? Qui sunt illi medii qui uidentur occisi? Si enim omne quod dicitur in libris canonis quaeritur et plus legisse peccare est, nullum ab his qui in canone constituti
15 sunt profetam legimus occisum, ac si extra auctoritatem canonis nihil uel adsumendum est uel tenendum, non possumus tantum fabulis credere et non historiam scripti factorum probatione retinere. Fortasse enim aliquis exsiliat et dicat Eseiam fuisse dissectum; si quis ille est inter huiusmodi qui ista ||
20 damnauerint, os suum claudat aut certe historiam factae rei 61
proferens picturis se dicat credere uel poetis, quoniam iam facilius admittunt quod philosoforum studia mentiuntur, certe ut huiusmodi rei testimonium et occisorum profetarum a constitutione mundi sanguis requiratur. Quae si euangelista legens
25 recte ad testimonium protulit dicens: scrutate scribturas, etiam me ut ea legerem quae legerat traxit. Non possum autem dicere quod loqui cogor, ut mihi apostolum sequi non

4 Luc. 11, 50. 51. 8 III. Reg. 19, 10; Rom. 11, 2. 3. 25 Io. 5, 39.

18 *Hilarius, contra Const. imp., c. 4:* nec ego . . . equuleum metuissem, qui desectum Esaiam scissem. — *Tertull., de patientia, c. 14:* his patientiae uiribus secatur Esaias; *alii.*

3 QUAM scripsi; cod.: QUOD 4 LUCANUM] eadem forma deprehenditur in codd. *Uindob.*, quem Belsheim anno 1885, in *Usseriano,* quem Abboth 1884, in *Ambrosiano,* quem Ceriani 1861, et in *German.*, cuius partem Wordsworth 1883 edid. INQUIRETUR, E ex I corr.
6 ACONSTITUTIONEMMUNDI] cf. 39, 13; 48, 7, al., sed cum in huius paginae uersu 24 legatur 'a constitutione', etiam hic ablatiuum exhibui

eruditio fidei fuerit, sed muscipula decepti. | Nam et rursus in euangelio cata Mattheum tenetur scribtum: surgens autem Ioseph accepit puerum et matrem eius noctu et abiit in Aegyptum et erat ibi usque ad consummationem Herodis, ut adinpleretur quod dictum est a domino 5 per profetam dicentem: 'ex Aegypto uocaui filium meum.' Quis est iste profeta, quem in canonem non legimus, cuius profetiae fidem uelut fideiiussor promissi muneris dominus inpleuit? Certe non modica indulti operis magnitudo est passurum deum credere et testimoniis prophetiae tamquam || 10 62 ⟨uiam⟩ diuini itineris praeparare, de qua deuertere deus nollet, ut locutum se in eo qui profetauerat conprobaret; certe damnari liber non potest cuius testimonium canonicae elocutionis fidem conplet, nec potest tamquam inter aepularum mortalium uoluntates aliud eligi et aliud repudiari, nec de sofisticis quaestio 15 est, ubi quod quis adsumpserit sequitur et, dum dialecticum ingeniorum opus uolunt, sectas de persuasione fecerunt. Scribtura dei res solida, res uera est nec ab homine electa, sed homini de deo tradita, cuius si dilibatio sancta est et massa sancta est. | Inde denique heresis, dum singuli qui- 20 que ingenio suo potius quam deo seruiunt et non sequi symbolum, sed de symbolo disputare disponunt, cum, si fidem nossent, extra symbolum nil tenerent. Symbolum enim signa-

2 Matth. 2, 14. 15. 7 At uid. Hos. 11, 1, ad quem locum Sabatarius haec *Hieronymi* affert testimonia: a) *comm. in Hos. 11, 1* (= Migne 25, col. 915): Septuaginta transtulerunt 'ex Aegypto uocaui filio*s eius*', quod in Hebraico non habetur nullique dubium est Matthaeum de hoc loco sumpsisse testimonium iuxta Hebraicam ueritatem e. q. s. — b) *de opt. gen. interpr.* (= *ep. 57 ad Pammach.*, Migne 22, col. 573): hoc nostri codices non habent, sed in Osee iuxta Hebraicam scribitur ueritatem ... 'ex Aegypto uocaui fili*um meum*' e. q. s.; cf. etiam *Hieronymi praef. in Esdram.* 19 Rom. 11, 16.

6 UOCABI, B lin. del. 7 CANONEM] ita codex; cf. supra 39, 13. 9 MODICAM] abundat litt. M, uid. praef. cap. II. 10 post TAM QUAM rasura; eratne DIU? 11 UIAM deest in codice 15 QUESTIO 18 HOMINI ELECTA, E ex I corr. 22 DE SYMBOLO

tura rei uerae est et designare symbolum est disputare de symbolo malle quam credere; symbolum opus domini est in nomine patris et fili et spiritus sancti, fides unius dei, ex quo Christus deus dei filius saluator natus in carne passus resurrexit propter hominis amorem; qui apostolis suis symbolum tradens, quod fuit est et futurum erat, in se et in symbolo suo ‖ monstrans nomen patris filium itemque fili patrem, ne Binionitarum error ualeret, edocuit; nam qui requirentibus apostolis omne id quod nominabatur se esse monstrauit, unum se credi uoluit non diuisum, dicente profeta: hic est deus noster nec reputabitur alius absque eum qui ostendit uiam disciplinae et dedit eam Iacob puero suo et Istrahel dilecto suo; posthaec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est, dominus deus nomen eius. Sed ne amore fidei ducti ad alia nos quam proposueramus conuertisse dicamur, licet ex abun|danti contra diuersas hereses uincendi locus pateat, tamen de hoc specialiter susceptum opus uolumus, ut infidele mendacium testimoniorum nube uincamus. Nunc uero ad illa redeundum est, ut, si probabiles in eo in quo repraehendimur inuenimur, recte etiam de reliquis disputasse uideamur. Sic namque et Paulus dixisse deum ait: beatius est dare magis quam accipere, et hoc locutum deum in canone non legimus. Et Daniel deum locutum fuisse testatur dicens: quoniam exiet iniquitas de Babylone ex presbyteris qui uidebantur ‖ regere plebem. Et cum ista facta dicta uel scribta et in euangelistae uerbis et apostoli eloquio et diuinis sermonibus crederemus, ecce nunc tempus adlatum est, ubi, dum disceptatio superfluarum rerum quaeritur, stupor fidelibus inseratur. Non enim possumus dicere deum non dixisse quod eum dixisse apostolus dixit aut non prophetatum fuisse quod scribtura pro-

9 cf. Eph. 1, 21. 10 Bar. 3, 36—38. 14 dominus] Amos 5, 8. 18 Hebr. 12, 1. 22 Act. 20, 35. 24 Dan. 13, 5 (= Susannae hist. *apocrypha*).

1 UCRE 3 FIDIS 6 ERAT] ita cod., non ERIT 7 NE BINIONITARUM] cf. supra p. 5, 10 24 EXIET] nolui mut. in EXIIT

fetam dixisse testatur. Et cum haec recte ad fidem credimus, scribta haec in canonem non uidemus et ideo, si extra canonem tota damnanda sunt | aut qualiter uel damnatorum testimonium recipitur, uel in his quae scribta sunt scribentis auctoritas non tenetur. Sic denique et Ezechiel profeta ait: haec dicit dominus ad Gog 'tu es de quo locutus sum in diebus antiquis per manus seruorum meorum profetarum. Credo quod dixit nec tam perfidus mihi sum, ut aut profetam finxisse quod dixerit deus aut deum mentitum fuisse confirmem; qui sit tamen ille profeta, per quem hoc deus locutus sit, in canone non uideo et, cum dictorum habeamus fidem, scribti in canone non in||uenimus auctorem. Sic et in libris Paralipomenon Natham profetam, Achiam Selonitam, uisiones Laedam, uerba Zeu fili Anani ad fidem ueri et eorum quae gesserunt auctoritatem inuenimus edicta, dicente scriptura: et reliqui sermones Iosafat primi et nouissimi ecce scribti sunt in sermonibus Zeu fili Anani qui perscribsit in libro reges Istrahel, et haec scripta in libris canonis non legimus, sed recepta a canone conprobamus; sicut et ibi ait: et reliqui sermones Solomonis primi et nouissimi ecce scribti sunt in uerbis Nathae profetae et in uerbis ¦ Achiae Selonitae et in uisionibus Laedam, quae uidebat de Heiorobeam filio Nabat; et item ibi: et reliqui sermones Roboam primi et nouissimi nonne scripti sunt in uerbis Sameae profetae et Edom uidentis et omnes actus eius? et item ibi: et reliqui sermones Abdiae et actus eius et uerba eius scribta sunt in libro Edom profetae; et

5 Ezech. 38, 14. 17. 15 II. Paralip. 20, 34. 19 II. Paralip. 9, 29. 23 II. Paralip. 12, 15. 26 II. Paralip. 13, 22.

1 *Boethius, opusc. sacr. I1,* p. 167, 64 ed. Peip.: Haec si se recte et ex fide habent . . .

1 CREDIMUS] coniunctiuus modus desiderari uidetur, sed cf. 53, 1 2 INCANONEM] uid. supra p. 48, 7 13 ACHIA~ LAEDA~ 14 GESSERUNT (se *suprascr.*) 15 INUENIMUS scripsi, cod.: INUENIUNTUR 22 QUAE] ita cod. 23 ETSERMONES (reliqui *suprascr.*)

item ibi: et reliqui sermones Amessiae primi et nouissimi nonne ecce scripti sunt in libro dierum regum Iudae et Istrahel? item ibi: nonne haec scripta sunt in libro dierum regum Iuda? item ibi: et reliqui sermones ‖
5 Manasse et oratio eius quam orauit ad dominum in 66
nomine dei Istrahel ecce scribta sunt in sermonibus orationis eius et in sermonibus uidentium. Quis ergo huiusmodi fluctuus patienter accipiat? Hinc una ex parte indocta urget insania, furor exigit inperitus nihil dicens aliut
10 nisi sint catholica necne quae dicis; damna quae ego nescio, damna quod ego non lego, damna quod studio pigriscentis otii non requiro. Hinc ex parte altera diuinum urget eloquium: scrutate, inquid, scripturas, illud peculiariter monens, ut quorum sanguis ad testimonium uin|dictae quaeritur eorum
15 eloquia non negentur. Inter quae positi necessario confidentiam iam uolumus esse quod dicebamus antea esse cautelam. Habeo testimonium dei, habeo apostolorum, habeo profetarum: si quaero quod Christiani hominis est, si quod eclesiasticae dispositionis, si quod dei Christi est, in his inuenio qui deum prae-
20 dicant, in his inuenio qui profetant. Non est timor, fides est, quod diligimus meliora et deteriora respuimus, unum inter ista seruantes, ut, quoniam in huiusmodi libris, quos extra canonicorum librorum numerum ad legendi laborem diligen‖tia 67
retentabat adque ad conprobanda ea quae scripta in canone
25 legimus adsumpti sunt, hereticorum in pleraque sensus inuadens pugnam catholicis parans falsare maluit quam tenere, illam apostolicam feramus iure sententiam omnem spiritum qui negat Iesum de deo non esse et omnem spiritum qui confitetur Christum Iesum de deo esse, sicut scrib-

1 II. Paralip. 25, 26. 3 II. Paralip. 28, 26. 4 II. Paralip. 33, 18. 19. 13 Io. 5, 39. 27 cf. I. Io. 4, 3. 2.

20 Cf. *Hilarii* locum, quem supra p. 45 attuli.

1 RE'QUI 10 NECNE' 20 TIMOR] propter CAUTE|AM (u. 16) nolui mutare in TUMOR (cf. *Hilarius l. l.* 'temeritas') FIDIS 25 AD SUMPTA'

tum est: nemo enim dicit in spiritu sancto anathema Iesu et nemo nisi in spiritu sancto loquitur dominum Iesum. Denique in antiquis librorum monumentis cum testamentum scribturarum diabolus inuideret, Hierusalem capta | polluto altario domini distrui templum satis non fuit; nam 5 quia facile erat, ut quae manufacta erant in manufactis homo redderet, arca incensa est testamenti, sciente diabolo quod facile natura hominum obligata saeculo fidem perderet, si ad praedicationem diuini nominis scribturarum testimonia non haberet. Sed argutior diuini mysterii natura quam diabuli, quae, 10 ut quid deus in homine posset ostenderet, reseruari Hesdram uoluit qui illa quae fuerant incensa rescribsit. Quae si uere incensa et uere credimus fuisse rescribta, quamuis incensum 68 tes||tamentum legatur in canone, rescriptum ab Hesdra in canone non legitur, tamen, quia post incensum testamentum reddi non 15 potuit nisi fuisset scribtum, recte illi libro fidem damus, qui Hesdra auctore prolatus, etsi in canone non ponitur, ad elogium redditi diuini testamenti digna rerum ueneratione retinetur; in quo tamen legimus scriptum spiritum sanctum ab initio saeculi et hominum et rerum gesta retinentem cor electi hominis in- 20 trasse et, quod uix ad humanam memoriam scribti forma retineret, ordine numero ratione repetita, cum per | diem loquens et nocte non tacens scriberet, omnia quae gesta uidentur esse uel legimus scribta ad humanam memoriam condidisse. In quo libet exclamare: est! liceat! qualiter, rogo, pauca ex his legentes 25

1 I. Cor. 12, 3. 13 sq. cf. IV. Reg. 25, 9; IV. Esd. 14, 21 ad u. 14—24 uid. IV. Esd. *(lib. apocryph.)* c. 14 (inprimis u. 22. 25. 40. 43.) 22 cf. IV. Esd. 14, 43; Ps. 21, 3.

11 cf. inter alios *Tertull., de cultu fem. I, c. 3* (= I, p. 705 ed. Oehler): omne instrumentum Iudaicae litteraturae per Esdram constat restauratum; *Hieronym., de perp. uirg. b. M. c. 7,* et *contra Uigilant. c. 7* (Migne 23, col. 190 et col. 344); *Isid., orig. V, 39, 20; VI, 3, 2.* 25 *Boethius, de cons. phil.* p. 16, 160 ed. Peip.: Itaque libet exclamare.

4 hierusale] uid. p. 5, 9; 20, 13; 25, 12 et 22, al. 11 ostenderet] coniunctiuum posui, sed cf. supra 36, 1: 42, 1 12 rescribit (s supra) 15 legitur] ita cod., cf. p. 82, 18 al. 20 homines 21 forma] nolui in accusatiuum mutare

culpabiles sumus, cum magis ob hoc rei sumus, quod omnia quae de deo sunt profetata non legimus? Non dubito autem quemquam ex his qui calumnias potius quam fidem diligunt esse dicturum: ultra nihil quaeras! sufficit te legere quod in 5 canone scribtum est. Cuius quidem uerbis facile ingenio humanae naturae quae otium potius quam laborem requirit adsurgerem, nisi me Lucae ‖ euangelistae testimonium perurgeret 69 dicentis in actibus apostolorum: addiscipuli pariter conferebant inter se scribturas, si ita esset, quemadmodum 10 locutus fuerat ad eos Paulus, et ea quorum cognitionem uolo testimonium prophetiae in canone accepisse cognosco. Quamuis enim crimen sit apostolicis non credidisse sermonibus, non est tamen damnabilis culpae firmamentum fidei scriptorum probatione construere et nihil in quo nos infirmes redarguitio 15 diaboli faciat reseruare. Potuit enim sermo diuinus, quoniam ipsius erat omne quod dixerat, | tamquam ab se loquens non scribtum ab alio dicere, sed ex se ipse proferre; dicens autem scribtum esse, necessario proponens nobis legendi sollicitudinem, et suam de quo profetatum fuerat gloriam et illius qui pro- 20 fetauerat debitam posteritati gratiam non omisit. Ego certe inter utrosque utrisque debitor sum, ut et illum qui ad memoriam diuinam profetauerit legam et deo credam. Quis enim non delectetur Christum ante saecula non a paucis, sed ab omnibus profetatum? aut quis diuinae magnitudinis et tam 25 incredibilis miraculi deum nasci habere et uirginalem metram in ‖ ministerium diuini uerbi ad concipiendum uel parturiendum 70

8 cf. Act. 17, 11. 21 cf. Rom. 1, 14.

1 SUMUS] modus coniunctiuus desiderari uidetur, sed cf. 50, 1 3 ante FIDEM deletum est D puncto superposito; librarium praepostere DILIGUNT scripturum fuisse opinor 8 facile cogites de AT DIS|CIPULI 14 INFIRMES] uid. supra p. 11, 5 16 IPSIUS|SERAT, litt. S (in SER) extincta NO· IN SCRIBTUM, IN lin. del. 21 UTRUSQUE, U altero loco in O conuers. 24 OMNIS (BU supra) 25 UIRGINALEUTME (M supra) TRAM, litterae UT lineis deletae sunt; librarium UTERUM scripturum fuisse putes 26 UERBIIN|A|D, IN ras. del., littera A ante lineam proponitur (fuit I)

habitaculum corporis patuisse tam sterilis aestimator est, ut putet non in omnem terram adque in omnem hominem diuini sensus secreta clamasse, cum scribtum sit: omnis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus in gloriam dei patris?
Et ideo, quilibet ille sit qui haec neget, ego certe scio 5 quod eius pharisaei recipiet mercedem qui aduenlente domino, cum omnis turba cum apostolis iuncta clamaret: 'osanna, osanna in caelis, benedictus qui uenit in nomine domini', corripi oportere eos dixit qui tam indubitanter praesentis dei | glorias non tacebant. Sed uideat qui 10 huiusmodi est dixisse dominum: etiamsi isti tacuerint, lapides clamabunt, et intellegat quoniam, si duritia petrarum naturaliter praemortua ad dandum testimonium deo in usum humani sermonis animatur, quomodo sanctorum lingua praecluditur quae ad confitendum et suapte natura et diuina 15 gratia perurgetur? Si enim gentiles animae idolorum formis et caerimoniis inpeditae auium praepetes transitus et dedita uentis itinera pinnarum uelut ad praescientiam futuri prouentus lo-
71 quuntur et extarum uenas animatione ter||reni spiritus palpitantes, dum fidem daemonibus dant, moritura post momentum 20 animalium uiscera futura praenuntiare confirmant et de uita mortuos rogant dicentes lapidi 'surge' et ligno 'uigila,' sicque sacrilegium ab his studium dicitur, inperitia sapientia nuncupatur nescientibus his non deo se sacrificare sed daemoni: in quo si talibus apud se gloria est, quomodo nos 25 diuinas sanctorum respuimus profetationes et, dum oboedimus uoluntatibus nostris, his qui deum profetauerint inuidemus relinquentes apostolica praecepta dicentia: spiritus nolite extinguere, | profetias nolite repudiare? Et ideo, quia

8 Philipp. 2, 11. 7 cf. Luc. 19, 37—39; Matth. 21, 9. 11 Luc. 19, 40.
22 Habac. 2, 19. 24 cf. I. Cor. 10, 20. 28 I. Thess. 5, 19. 20.

1 PATUISSEETIAM, E linea et puncto, I in IAM lineis del. S[T]E[RIL]IS 2 UT QUAE NON (putet supra), QUAE lineis del. 6 QUID (o supra), I lin. del. 10 UIDEANT 15 SUAPTAE (B supra) 23 SICQUE] uolui mutare in SIQUE

ubi libertas ibi Christus, libet me unum clamare pro totis, quia et ego spiritum domini habeo: cesset inuidia diaboli! ab omnibus adnuntiatus est dominus, ab omnibus profetatus est Christus, ⟨ab⟩ Adam Sed Noe Abraham Isac Iacob et a ceteris qui
5 ab initio saeculi profetauerunt, et intrepidus dico quod inuidet diabolus: uenturum in carne deum omnis homo sciuit, non dicam hii quos in dispositione generationis suae in euangelio deus posuit et diuinae naturae fidem et numerum canoni praestaturos. Quod sicut scientibus et negantibus maior poena est, ‖
10 sic et perfecta gloria est non solum corde credere, sed et ore confessionis gloriam non negare, dicente Dauid: credidi, propter quod locutus sum. In quo et apostolus Petrus sciens conscientiam in libris canonicis numeri rationem et relaxans legendi ea quae de Christo scripta sunt libertatem, cum
15 ad Colosenses epistulam daret, dixit: cum lecta fuerit apud uos epistula haec, facite, ut et in Laodicensium eclesia legatur, et eam quae Laodicensium est uos legatis. Aut numquid damnabilis apud uos apostolus fuit, qui epistulam quae in canone non erat discipulos suos legere | permisit aut
20 uobis maior cura pro Christo est sicque uoluntates uestras agitis, ut iniustum iudicium etiam in ea quae ante uos sunt decreta tendatis? Omnibus enim nobis qui deum Christum credimus plenitudo fidei dies domini est et lex uitae apostolici forma praecepti est, quoniam, si fides ex auditu, auditus
25 autem per fidem constat, qualiter nobis futurorum spes

72

1 cf. II. Cor. 3, 17. 2 I. Cor. 7, 40. 4 Tob. 4, 13. 10 cf. Rom. 10, 10. 11 credidi] Ps. 115, 10. 15 Col. 4, 16. 23 cf. Hebr. 10, 22. 24 Rom. 10, 17; cf. *Hil., de trin. V, 32,* ubi recte legitur: aud. autem per uerbum.

2 *Hilarius, contra Const. imp. c. 6:* cesset itaque maledictorum opinio et mendacii suspicio; cf. *de trin. II, 9; VII, 24; XII, 35.*

4 AB deest 6 CARNE] uid. supra p. 7, 18; 21, 22 al. 13 CONSCIENTIA‾] cf. supra p. 5, 4; 30, 3 al. exempla abundantis litterae M 20 SIQUE] cf. 54, 23 22 TE(M)NDATIS, D ras. del. CREDIMUS PLENITUDO, eratne CREDEMUS? 23 locus NITUDO — DIES scriptura coartata exaratur ESTETLEXUITAEAPOSTOLIC 24 FIDIS

ponitur, si quae ante docentur scribta uel dicta de Christo et in memoriam reseruata nec umquam ab apostolis repudiata sed lecta, non solum respuantur a nobis, sed tamquam sacri-
73 lega damnentur, cum in euangelio scribtum sit: ‖ quicumque fecerit in nomine meo uirtutem, non potest de me 5
male loqui? In quo illud tamen non recuso nec respuo inperitis haec non committenda auribus, ne, quia ab hereticis pleraque falsata sunt, dum praetitulato nomine prophetarum in uerbis sanctorum diuinum opus quaerunt, haereticae falsitatis inruant foueam, dum apostolici sermonis non ad plenum 10
retinent disciplinam. Sed nec propter nequitias pessimorum prophetia dam|nanda sanctorum est; nam in omnibus heresibus cunctarum scributurarum interpraetatione peruersa infelicium sectarum instituta de persuasione fecerunt omnesque se Christum deum credere et Christianos esse confirmant. Nec ideo diuina 15
scribtura damnanda est aut repudianda fides Christi est aut nomen refugiendum est Christianum, si, dum adserere sacrilegia sua uolunt, catholici nominis audent usurpare consortium.
74 Si enim omnia quae legunt dam‖nare uolumus, certe quae etiam in canone sunt relata damnamus, unde melius est inter- 20
praetationem funestam et institutionem sacrilegam quam scributuram damnare diuinam, quoniam scribtum est: uobis datum est scire mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis loquar, ut uidentes non uideant et audientes non audiant. Mihi certe seruo domini consideranti haec unus hic 25
sensus est quoniam qui non amat Christum anathema maranata.

4 Marc. 9, 38. 22 Luc. 8, 10; Marc. 4, 11. 12. 26 I. Cor. 16, 22.

6 NEC ex NE|QUE corr., QUE lineis del., litt. C addita in marg. 7 NEQUITIAM, T linea et puncto, M lin del. 10 FOEUEAM 12 erat EST|EST, prius EST ras. del. 17 SI, erat EI 19 CERTA 27 MARANATA· | FINIT|INCIPIT TRACTATUS|PASCHAE LEGE FELIX H| ////////// CUM TUIS|IN·XPO·IHU·DNO·NOST· Erasum est ante CUM nomen AMANTIA, de quo cf. praef. cap. II, ubi etiam de nota Tironiana h disputatur.

PRISCILLIANI

TRACTATUS PASCHAE.

Wirceb. fol. 75

Etsi ipsa natura nos docet inter inexploratas humanae uitae conuersationes et indignas deo saeculi mensurabiles pu-5 gnas nihil utilius esse homini quam per omnes dies ea quae saeculi sunt amica respuere et diuinae institutionis praecepta seruare, dicente apostolo: omnis amicitia mundi inimica est dei, et iterum profeta dicente: non tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in die, tamen mor-10 talium sensuus rerum saecularium familiaritate captiui intra humanae inbecilli|tatis clauduntur errorem et semper diuina miseratio inter tot inconsulta naufragio uelut fine periclitantibus statio et optabilis portus occurrit. Unicum diuinae sententiae modum profeticis uocibus adpraehendens glori-15 osum pascharum diem deus posuit, ut, quamuis per omnes dies seruire sibi homines suos deus uellet, tamen, quia omnis mundus in maligno positus est et dum nullus infinitis est finis fixo in lubricis gressu modum non constituimus incertis,

7 Iac. 4, 4; cf. Prisc. can. XXIX. 8 Sirac. 5, 8. 16 I. Io. 5, 19.

10 Cf. *Hil., de trin. I, 19* (infra p. 69, 11). 11 *id., I, 7:* cum religiosa mens intra imbecillitatis suae concluderetur errorem; cf. infra p. 104, 1.

2 Uid. subscriptionem tractatus tertii.. 3 uerba: ETSI—CONUERSA| tres complentia uersus rubro colore exarata sunt 4 fuisse uidetur UITAEUTCONUERSA|TIONES, UT (? cf. supra 53, 25) ras. del. 6 SAE|CUL⌊I⌋, erat SAE|CULO, O deletum et I in ras. positum 9 INDIE] uid. quae in praef. cap. II de oppressa littera M congessi 11 HUMANE 13 DI⌊UIN⌋IAM⌊I⌋SE|RATIO, I (in IA) lin. del. 13 DIUINE 14 PRO|FITI|CIS GLORIOSUS (m supra), S (in US) lin. del. 15 OMNES, E ex I fact. 16 HOMINES, E ex I fact.

76 in commemorationem inpensae pro nobis pas||sionis exhortans uel
anniuersaria uice ad obaudiendum nos fidei cogeret, quos
omne quod uiuimus sibi soli debere meminisset, dicente apo-
stolo: siue mors siue uita siue praesentia siue futura, om-
nia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei. 5
Et ideo, dilectissimi in deo, quia in hoc positi sumus,
ut sensuus uestros intra angustias humanae inbecillitatis ob-
sessos tamquam in nouam lucem religiosa docendi exhortatione
laxemus, neccessario inchoantibus in praeparationem susci-|
piendae paschae diebus quadragensimarum, sicut scribtum est, 10
tamquam boni procuratores multiformis gratiae dei
aliut ne fiat secundum imperium praecipimus, aliud se-
cundum ueniam depraecamur, quoniam in hoc tempore et
qui iam se a malis abstinet adsuescens bonis debet uelle
meliora et qui adhuc indisciplinato mundi errore constringitur 15
reuocari ab alienis uel solemnium dierum obseruatione suadetur,
ut adueniente pascha domini et qui fidelis est custodisse se
77 acceptam semel mandatorum fi||dem gaudeat et paenitens sa-
lutem repetat et catecuminus futurae remissionis confidentiam
non amittat, ut adinpleatur quod scribtum est: ecce dies 20
domini et salutare eius! aperite portas, ut intret po-
pulum custodiens iustitiam et ueritatem, quia am-
plectentes intellectum perceperunt pacem sperantes
in domino. Propter quod, dilectissimi, caelestis uocationis
participes castificate animas uestras deo et, sicut scribtum 25
est, abstinentes a corporalibus desideriis quae militant

2 I. Petr. 1, 22. 4 I. Cor. 3, 22; cf. *Laodic. u. 8.* 11 I. Petr. 4, 10. 12 I. Cor. 7, 6; I. Tim. 1, 1. 19 Hebr. 10, 35. 20 Es. 26, 2—4. 24 Propter] Hebr. 3, 1. 25 castificate] I. Petr. I, 22. 26 abstinentes] I. Petr. 2, 11; Iac. 4, 1.

7 *Hilarius, de trin. I, 18:* meminisse oportet terrenarum mentium infirmas atque imbecillas opiniones esse abiciendas et omnes imperfectae sententiae angustias religiosa discendi exspectatione laxandas; cf. infra p. 94, 22.

2 ꝼIδEM 3 ex δICERITE atramento pallidiore correctum est δICENTE 4 SI//UE (ubi primum occurrit) erat SIIUE PRAESENITA 5 UESTRA 7 erat UOSTROS 20 QUOIδ, I lin del. 26 QUAE

aduersus uos in mem|bris uestris ieiunantes deo non in turpibus lucris neque in incerto auaritiae aut in rexis et contentionibus ieiunetis, quoniam, etsi abstinentiam diliciarum et occallationem corporis diuinum in his diebus opus quaerit, tale tamen ieiunium non requirit, sed, sicud scribtum est, castificati corpore et spiritu caritatem in dilectione simplicem ex corde uero et diuites uos in operibus bonis diuinis gloriis exhibete et, sicut profeta ait, soluite omnem conligationem iniustitiae et respuite oblegatio‖nes inpotentium commerciorum, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillum, iustificate uiduam, demittite confractos in remissionem et omnem conscribtionem iniquam disrumpite, frangite panem uestrum esurientibus, aegenos et non habentes tectum inducite in domos uestras; si uideritis nudos operite et laborantes ne dispexeritis; sic enim scribtum est: si dederis esurienti panem tuum ex animo et humiliatam satiaueris animam, orietur in tenebris | lumen tuum et erit deus tuus tecum et satiaberis omnibus bonis in omnia quae desiderat anima tua. Considerate enim, quid sit pascha domini, dicente apostolo: pascha nostrum immolatus est Christus, ostendens rerum praesentium tolerantiam ad praemium beatae inmortalitatis proficientem, in quo uirginis partus et in adsumptionem corporis omnipotens

2 cf. I. Tim. 3, 8; Tit. 1, 7. 11. in inc.] cf. I. Tim. 6, 17. 5 Es. 58, 5. 6. 6 castificati] I. Petr. 1, 22. 7 et diuites] I. Tim. 6, 18. 9 Es. 58, 6. 7; cf. *Barnabae epist. c. 3.* 16 Es. 58, 10. 11. 21 I. Cor. 5, 7.

2 REXIS] opp. p. 21, 4; 63, 17 3 IEIUNETES, E (in TES) lin. del. 6 IN, erat UN 11 PUPILLEIUSTIFICATE, UM man. II superscr., sed E non del. 12 CON|FRACTOS, O (in TOS) ex U corr. 16 DIS|PEXERITES, E (in TES) lin. del. 18 MORIETUR, M lin. del. 19 SATIAUERIS, U lin. del. 20 CONSIDERATAEENIM 22 PRAE|SENTE̅TIUM TOLERANTIUM

deus pudorem humani exordii non recusans, dum multimoda
ueritatis in se sustinens argumenta humanae natiuitatis uitia
79 castigat, conceptione partu uagitibus ‖ cunis omnes naturae
nostrae contumelias transcurrerit, ut, ueniens in carnem constitutionem decreti anterioris euerteret ⟨et⟩ in patibulum gloriosae 5
crucis maledicta terrenae dominationis adfigens inmortalis ipse
neque morte uincendus pro morientum aeternitate moreretur.
Cum quo ⟨si⟩ alteri consepulti in mortem in baptismum
sumus, alteri ut commoriamur et consepeliamur optamus, sic
in diem paschae uenire debemus, ut, quia | contumelia illius 10
honor noster est, quadragenta dierum erimum domini in euuangelio ieiunantis imitati ambulantes in carne non secundum
carnem uiuamus, ut, si uicti ad modicum sumus, tamen in
conpaginationem corporis Christi diuina praeceptorum luce reparemur, quoniam tamquam misericordiam consecutus 15
ego consiliator, ego testis sum quod liberi a peccatis esse
non possumus, nisi remissione baptismatis et diuinae crucis
80 redemptione saluemur. Hii sunt enim ‖ dies quos Moyses
quadragensimo nummero ieiunans ad accipiendam legem diuini sermonis meruit eloquium, cum adnuntiatum pascha do- 20
mini mare timuit et potentissimum in terris aelementum cui
ipsa pro tempestate natura est diuisis aquis puluereum populo

8 Rom. 6, 4. 12 II. Cor. 10, 3. 15 I. Cor. 7, 25; I. Petr. 5, 1.

1 *Hilarius, de trin. II, 24:* dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordii non recusauit et per conceptionem partum uagitum cunas omnes naturae nostrae contumelias transcurrit (cf. *IX, 51* al.; inf. 77, 15). 6 inmort. — moreretur = *Hil., trin. I, 13.* 10 cont. — nost. est = *id., II, 25.*

4 TRANSCURRERIT] nolui mutare in indicat. modum. 5 EUER ETETIN (T R suprascr.), T (in ETE) lin. del.; quam facile ET intercidere potuerit apparet 6 TER|RAENAE, A (in RAE) lin. del. ININMORTA|LIS] de syllaba IN multorum fonte uitiorum uid. praef. cap. II 7 MORIENTU~] nolui mutare in MORIENTIUM, cf. 63, 10 8 QUOSALTERI IN BAPT·] corrigendum esse puto PER BAPT. 11 ERIMUM, fuisse uidetur ERITMUM 12 IEIUNAN|TES 21 ELE|MENTUM (A suprascr.) 22 PO|PULO, O (in PO) ex U corr.

iter praestitit et contra solitos usuus saeculo datura miraculum herbarum pastuus sterilis herena produxit. Hii sunt dies quos Iesus Naue similiter in ieiuniis agens terram promissionis ingressus cum induto fidei armis dei po|pulo stante in medio
5 aquarum arca domini plenus in omnes crepidines Iordanis siccum populo iter praebuit et in priora decurrens uel in posteriora sua reluens ne diuinae iussioni natura contrairet expauit. Hii sunt dies quos adueniens in carnem deus post locuplitatum baptismatis fontem constitutus in eremo ieiunans diebus et noctibus
10 uicit et temptatus a zabulo est nunc neccessitate ieiunii, nunc ambitione mortalium, nunc timore; in quo et⟨si⟩ temptari non potuit deus, tamen saluationis nos||trae praeparans passionem 81 et adinplens in se pascharum decreta, non soluens, in eo quod temptari uoluit quae in diebus hiis repudiari a nobis oporteret
15 ostendit, et quod illum temptanti diabolo respondisse ad fidem legimus nos ad distructionem diabolicae temptationis utamur.

4 cf. Rom. 13, 12; Eph. 6, 11 4 sqq. cf. Ios. 3, 15—17.

1 INSOLITUS (o superscr.), U ras. del.; cf. 60, 6 MIRACULAM (u superscr.), A (in LAM) ras. del. 2 HERENA] nolui mutare in HARENA HIISUNT etc.] uid. quae de hac periodo dixi in Archiv f. lat. Lex. III, 322 5 erat CREPIDINEM, M ras. del. et S positum uerba IORDANIS—PRAEB scriptura contracta et ardua, sed man. I exarata sunt; cf. 55, 23; 64, 14 6 PRAEB in uersus fine erasum et in proximo uersu denuo scriptum 7 NEC, litt. C leui ras. corrodi coepta esse uidetur 11 ET, deficiente 81 16 LEGEMUS DISTRICTIONEM (u superscr.), I (in RIC) lin. del. DIABULICAE fuisse uidetur UTAMUR·FINIT

PRISCILLIANI

TRACTATUS GENESIS.

Wirceb. fol. 81b Profetici forma praecepti diuinis ad praedicandum gloriis corporata etsi hospitio terreni tenetur habitaculi, tamen spiritus dei luce conpleta ita prophetiae opera disponit, ut praesentia deo tribuens credendi fidem hominibus insinuet et per ea quae uidentur spiritalium intellectuum in nobis gesta demonstret. Omnia enim quae uel facta uel scribta sunt, ad correctionem labentium hominum et ad credentium fidem dicta monstrantur, ut diuina lege proposita et uni deo in ‖ (82) nobis potestate seruata rebus praetereuntibus finis, peccantibus poena et mortalibus promittantur aeterna, sicut scribtum est: caeli ipsi perient, tu autem permanebis et omnis tamquam uestimentum ueterescit et tamquam amictum plicabis illos, tu autem ipse es et anni tui non deficient. Denique Moyses sanctus diuinis edoctus uerbis et in opus euuangelicae dispositionis electus, qui initio nascendi tale uenientis in carne meruit exordium,

7 Cf. Rom. 1, 20 et Priscill. can. VIIII. 8 cf. I. Cor. 10, 11 et Priscill. can. LXVIII. 13 Ps. 101, 27. 28.

2 Uid. infra subscriptionem huius tractatus 3 PROFETICI, erat PROFITICI; corr. (rubro colore) man. I; uerba PROF·—CORPORA| tres uersus complentia rubro colore exarata sunt 4 TERRAE|NI, A ras. del. cf. supra 60, 6 10 MON|STANTUR 12 INMORTALIBUS] cf. supra p. 60, 6; 61, 1 13 SCR|BTUM 14 UETERESCIT//ET//TAM|QUA..., et ante et post ET binae litterae erasae esse uidentur 15 ILLOS, O ras. del. 16 erat ANNI|UITAETUAE, sed UITAE ras. del., A (in TUAE) eras. et ex E (in TUAE) I factum est DEFICIENT

ut qui uitae eius insi|dias tenderent ab his educationis blandimenta sentiret et postea percusso Aegypto et dei populo liberato signorum prior faceret exordium et consortio cum deo iuncto diuinorum praeceptorum incrementis nutritus principium
5 daret canoni, cuius in se plenitudinem ad testimonium protulerat, scribti uerbis scilicet edocens et opus uerbi factorum operibus ostendens; sic denique et de eo scribtum est: et locutus est dominus ad Moysen facies ad faciem tamquam qui loquitur ‖ ad amicum suum. Uidens ergo futura 83
10 haereticorum dogmata et diuersa ingenia disputantum, quod alii amant non factum sed perpetuum fuisse mundum et ideo cuius non sit initium futurum semper aeternum, alii sibimet ipsi in uoluptatibus blandientes, dum omne quod peccant non sibi sed malitiae diaboli uolunt inputare uel saeculi, cum
15 scribtum sit: Efrem ipse sibi posuit scandalum amans Channaneos et alibi apostolo dicente: unde bella, unde rixae | in uobis? nonne de uoluntatibus uestris?, sic mundi per haec accusantes naturam, propter quod hoc malum iudicant, nihil in his quae apparent deum fecisse confirmant
20 et corporalibus concupiscentiis delectantes facturam corporis sui adsignantes diabolo putant se nescire quae faciunt et quae in corporibus suis peccant diuinae dispositionis sollicitudine non teneri, cum scribtum sit: corpus quod corrumpitur adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum
25 multa ‖ cogitantem, alii Solem et Lunam luminaria ad 84 ministerium hominum constituta aestimantes deos principatibus mundi aelementorum tribuunt potestatem, cum scribtum sit:

2 cf. Exod. 12, 27 sqq.; Act. 7, 24. 7 Exod. 33, 11. 15 cf Ios. 16, 10; Iudic. 1, 29. 16 Iac. 4, 1. 23 Sap. 9, 15.

2 PERCUSSO] ita cod; uid. Arch. f. lat. Lex. III, 315 7 ET DELOCUTUS, DE ras. del. 12 SIBI'ET (M supra) 17 UOLU..'TATIBUS] nolui mutare in UOLUPTATIBUS; in Sessoriano quoque *Speculi Augustini* codice legitur ad hunc locum 'uoluntatibus', p. 625, 14 Weihrich 20 CONCU'PISCENTI..IS, duae litterae (AE?) erasae 21 ADSIGTAN TES (N supra), T (in TAN) ras. del. SEDESCIRE (N supra), D ras. del.

quid lucidius sole? et hic deficiet, et alibi: qui aduocat aquam maris et spargit eam super faciem totius terrae; dominus deus omnipotens nomen est ei. — sed hii omnes, dilectissimi fratres, ignorantiae tenebris inuoluti dubios euertunt et consentientes ad perditionis suae pericla deducunt. | 5
Hii sunt enim, sicut scribtum est, nubes sine aqua quae a uentis circumferuntur, arbores autumni sine fructibus mortuae et exstirpatae et fluctus faeroces maris spumantes suas turpitudines, sidera fallacia quibus tempestas et caligo tenebrarum reseruata sunt; quorum 10
iudicium olim uix sufficit et perditio eis non indormiet. Nescientes enim omne hoc quod uidetur proposito per deum fine periturum et ideo inluminatas fuisse tenebras et facturae
85 inuen||tam esse naturam, ut diuisa temporum numeris et dierum habitaculum praestarent homini laboranti in opus Christi nec 15
constitutum diuinae uoluntatis excederet, qui ad praebendum nostri ministerium diuina instituta seruare uoluisset; sic enim scribtum est de hiis: pater uester diabolus ab initio mendax fuit, et necesse est, cuius initium mendacii natura dedit, uiam ueritatis tenere non possit. Propter quod uos 20
hortor et moneo, ut qui baptizati in Christo | Christum induistis reiectis saeculi tenebris tamquam in die honeste ambuletis et, sicut apostolus ait, nemo uos depraedetur secundum philosophiam mundi huius et non secundum Christum; sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum et quae uidentur mortalia sunt; 25

1 Sirac. 17, 30. qui aduocat] Amos 5, 8; Iob. 5, 10. 4 dil. fr.] cf. Iac. 1, 16. 19; 2, 5. 6 ep. Iudae 12. 13. 10 quorum iudicium] II. Petr. 2, 3. 18 Io. 8, 44. 21 Gal. 3, 27. 22 reiectis] Rom. 13, 12. 13. 23 nemo] Col. 2, 8. 25 sapientia] I. Cor. 3, 19; cf. Prisc. prolog. in canones necnon can. IV et LXXXIX. 26 quae uidentur] II. Cor. 4, 18; cf. Prisc. can. XI.

5 PE'RICULA, U lin. del 8 FAEROCIS] Graece: κύματα ἄγρια 9 TUR'PITUDINES, E ex I fact. 14 uerba NUM.—HAB. scriptura coartata exarantur, cf. 55, 23; 61, 5 15 PRAESTARET (N superscr.) NEC] cf. supra 61, 7 18 SCRIBTUMDE (EST superscr.) 19 NATURAE 25 ⌊X⌋PM

nam quae non uidentur aeterna. Animaduertentes enim sensum lectae lectionis dicentis: in principio fecit deus caelum et terram, scitote omnia deum fecisse quae facta sunt et conpactis in||ter se aelementis solidatam caeli exten- 86
5 disse naturam sicque usu aeris uentorum potestatibus dato quadripertita temporum uice anni cursus et stellarum constitutas dispositiones. Cum enim uerbum diuinae uirtutis apparuit dicens: fiat lux, uniuersa quae erant intenebrata patuerunt et nocte uesperis ab splendore lucis diuisa, singulis quibusque
10 rebus in locum dispositi ordinis segregatis, terra solidata est, ut alterutro aelementorum ministerio praecurrente par|tita temporum uice usum dispositi operis spiritu uitae animata proferret, non quod terra uel caelum aut datis ex cognatis aelementis terrigenis principatibus spiritus propriae potestatis
15 aliquid acceperit, sed ut rerum materia praeparata sermo diuinus facturae opus intrans sapientium praeceptorum instituta conpleret, tenens forum saeculi in habitaculum hominum constitutum. Denique his omnibus quae conuersatio mundi possidet secundum genus suum factis ho||minem ad imaginem et 87
20 similitudinem suam deus fecit acceptoque limo terreni habitaculi nostrum corpus animauit, ut domino rerum omnium homine praeposito in eo sabbatum idest requiem suam poneret, ubi imaginem suam et similitudinem corporasset, ac post traduce natura hospitium corporale homo ex homine prae-
25 sumens caro nasceretur ex carne, in quo constitutis nobis et diuinorum mandatorum iussa sectantibus mundi opus et terrenae materiae | naturam castificata caro uinceret, ⟨et⟩ homo ministerio saeculi usus non concupiscentiae uoluntate deceptus haberet

2 Gen. 1, 1. 8 Gen. 1, 3. 19 Gen. 1, 21. hominem] Gen. 1, 27.

2 LECTE (A supra T) 4 SO|LITATAM (D supra T), T (in LIT) eras. 6 STELLARUM (L supra), E ex I corr.(?) 7 DISPOSITIO|NES, E ex I corr. 9 UESPERES (I supra), E (in RES) eras. 12 DISPOTITI (S supra T), T (in POT) lin. del. 17 LORUM 24 PRAESU MENSC|CARO, C in uersus fine eras. 25 QUO] ita cod. 27 ET deest

in se testimonium imaginis et similitudinis dei et clarificatus in corpore templum fieret domini, ut sabbatizato in omnibus mundo requiem, quam in se deo promiserat, praesentaret.

Denique ipse deus noster per omnem scribturam in se cuncta disponens dici se omne quod dicitur uoluit, ut solus potens 5
88 saluare perdere in unoquoque opere nuncupati uerbi pec‖cantibus poenam et laborantibus in se gloriam non negaret, sicut scribtum est: ecce pono in Sion lapidem summum angularem electum et qui crediderit in eo non erubescet; uobis autem hic honor credentibus; non credentibus uero 10 lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in capud anguli et lapis offensionis et petra scandali, qui offendunt uerbo nec credunt, ut intellegatis, qualiter unius rei nomen alteris in incrementum fidei esset, | alteris in offensionem poena peccati. Ipse namque se intran- 15 tibus ianuam, ipse in praeceptis dei ambulantibus uiam, ipse sitientibus iustitiae fontem, ipse esurientibus panem, ipse se uineam credentibus posuit in salutem, sicut scribtum est in euuangelio: ego uitis, uos autem sarmenta, ut, qui omnia in omnibus agnosceret, Christum nulli nomini uel potestati 20 parte concessa unum deum crederet, quem unum in omnibus
89 inueniret, sicut scribtum est: ‖ ut in nomine Iesu omne genu curuetur caelestium et terrestrium et inferorum et omnis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus Christus in gloriam dei patris, sicut et ipse per pro- 25 fetam ait: ego sum deus et ante me non fuit alius et post me non erit similis mihi; ego deus et non est

2 cf. I. Cor. 3, 16. 17; 6, 19; II. Cor. 6, 16. 5 cf. Eph. 1, 21. solus] cf. Iac. 4, 12. 8 I. Petr. 2, 6—8; Es. 28, 16. 16 cf. Io. 10, 9. uiam] cf. Io. 14, 6. 17 cf. Matth. 5, 6. panem] cf. Io. 6, 35. 19 Io. 15, 5. omnia] cf. Col. 3, 11. 22 Philipp. 2, 10. 11. 26 Es. 43, 10. 11.

1 IN (SE superscr.) 3 ·δō·] an scrib. ꝺEUS? cf. 76, 27 6 UERBE, E (in BE) lin. del., deinde ex parte eras. 9 ERUBESCET, E ex I fact. 15 PEC CATA, A (in TA) lin., deinde etiam ras. del. 17 IUSTITIAM, M ras. del. 20 POTESTATIS, uid. supra 3, 9; 37, 20.

praeter me qui saluos faciat; item ibi: ego primus et ego posthaec et praeter me non est deus; quis sicut ego? item per Hieremiam: hic est deus noster et non reputabitur alius | absque eum qui inuenit omnem 5 uiam sapientiae et dedit eam Iacob puero suo et Istrahel dilecto suo; posthaec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est.

Et ideo et uos, dilectissimi mihi, castificate animas uestras ad obaudiendum fidei et exuentes a uobis ueterem 10 hominem cum omnibus actibus et concupiscentiis suis induite in uobis nouum hominem et per intellectum spiritalium uirtutum in opus lectae lectionis intrantes parate in uo||bis 90 caelum et terram domini, sicut scribtum est: caelum caeli domino, et alibi domino dicente: estote mihi terra uolun- 15 taria, ut ignorantiae uespero dissoluto exclametur in uobis: fiat lux, sicut scribtum est: inluminare, inluminare Hierusalem, ac tenebra corruptibilis corporis castigata et diuini spiritus in uobis luce composita appellemini dies domini. Qui enim haec in operibus agit Christi, primum in agnitionem sui 20 diem conplens secundo in gradu positus recte omnium man-| datorum discit firmamentum, ut illud quod in se fuerit sterile uerbo domini fecundatum pluuia diuinae praedicationis excepta in omnem gratiam catholicae professionis erudit sicque arans in spe fidei suae fructus colligens, in gloriam perfectae

1 ego primus] Es. 44, 6. 3 Bar. 3, 36—38. 8 I. Petr. 1, 22. 9 exeuntes] Col. 3, 9. 10; Gal. 5, 24. 13 Ps. 113, 16. 14 cf. Ezech. 36, 35, ubi tamen exstat 'uoluptatis'; cf. *Speculum Aug.* ed. Weihrich p. 684 sq.; uid. etiam *Orosium, lib. apolog., c. 33:* praebeat se unusquisque nostrum deo terram uoluntariam. 16 Gen. 1, 3. inluminare] Es. 16, 1. 23 I. Cor. 9, 10.

1 QUIDSALUOS (S *supra* D), littera D non deleta ITEMIBI (I *supra*) 5 ////PUERO SUO; etiam ante PUERO fuisse uidetur SUO, cf. supra 5, 20 8 DILETISSIMI (C *supra*) 12 LECTE (A *supra*), cf. 65, 2 13 SCRIBTUM (I *supra*), cf. 62, 13 15 UT] cod. AUT 21 DISCIT scripsi, cod.: DICITUR FIRMAMENTORUM, OR ras. del. 23 PROFESSIONES, cf. 42, 15 ERUDIT (I *supra*)] nolui mutare in ERUDIAT (pro UT in u. 21 fortasse ET scrib. est) SICQUAE

septimanae et opus crescens, reformans in se eclesiam domini per fidem Christi, sicut scribtum est: sapientia aedificauit sibi domum et fundauit illam columnis septem; in quam 91 domum et uos tamquam lapi||des uiui aedificamini in domos spiritales, offerentes hostias inmaculatas ac- 5 ceptabiles deo, tamquam renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili, uerbo dei uiui et permanentes in aeternum, ut facti sabbatum domini et ab omnibus mundi actibus feriati nihil debeatis saeculo, sed requiescatis in Christo.

2 Prou. 9, 1. 4 I. Petr. 2, 5. 6 renati] I. Petr. 1, 23.

9 RE|QUIESCATIN·XPO·| (s above N; XPO overlined) ·FINIT·TRACTATUS·GENESIS·INCIPIT EXBODI|; loco EXBODI antea fuisse uidetur EIUSDEM.

PRISCILLIANI

TRACTATUS EXODI.

Wirceb. fol. 91[b]

Sufficiebat quidem credentibus dei sermo, qui apostolico testimonio cum ipsa in nos ueritatis uirtute transfusus ab-
5 solutionem dicti in parabolis sermonis edocuit dicente Paulo: **pasca nostrum inmolatus est Christus**; sed quia non statim significatio uisibilium et efficientiam rerum et temporum demonstrationem et dispositae in nos naturae intellegentiam conpraehendit, licet conparatio terrenorum ad deum
10 nulla sit, tamen, quia **omnis scribtura** ‖ **interpraetationem** 92 **indiget** et humanae intellegentiae infirmitas cogit rerum species terrenarum tamquam superiorum indices quaerere, ut uisibilium consuetudine familiariter admonente ad insolitos

6 I. Cor. 5, 7. 10 II. Petr. 1, 20; *Bachiarius, prof. fid.* ed. Migne 20, 1034 A.

3 *Hilarius, de trin. lib. II, 1:* Sufficiebat quidem credentibus dei sermo, qui in aures nostras euangelistae testimonio cum ipsa ueritatis suae uirtute transfusus est, cum dicit dominus 'euntes e. q. s.'; *Faustini fid.* (Migne 13, 79): Sufficiebat fides conscripta apud Nicaeam . . ., sed quia etc. 7 *Hilarius, ibid:* nam et uerborum significationem et efficientiam rerum et negotiorum ordinem et naturae intellegentiam comprehendunt. 9 *Hilarius, de trin. lib. I, c. 19:* comparatio enim terrenorum ad deum nulla est; cf. *VII, 28* 11 *Hilarius, ibid.:* infirmitas nostrae intellegentiae cogit species quasdam ex inferioribus tamquam superiorum indices quaerere, ut rerum familiarium consuetudine admonente ex sensus nostri conscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur.

2 Uid. subscriptionem tractatus quinti 3 uerba SUFFICIEBAT — TESTIMO tres uersus complentia rubro colore exarata sunt 8 erat DE MON STAATIONEM, corr. man. I DISPOSITAE, litt. E ras. corrasa? 13' CONSUETUDINEM] uid. supra 5, 4; 25, 12; 30, 3; 39, 13; 73, 15 et 16 INSOLITOS, fuit INSOLITE; cf. 61, 1; 94, 23.

sensus religiosus ⟨sensus⟩ intellegentiae construatur, necessarium est nobis propter uos humilitatem sermonis nostri in ea quae inenarrabilia uidentur extendere, ut, cum uisibile quid in lege dei ponitur, non id deus quod ponitur habeatur, sed, quia ser|mo omnis ex sensu est, secundum habitum neccessarii sermonis, dum natura petitae rei agnoscitur, hoc quod in nobis deus quaerit sensus sibi intellegens eloquatur. Hoc enim primum intellegere uos oportet, quod omnis scribtura in omne quod dicitur aut loquitur triformi intellectus opera diuisa aut mundi in nobis opus destruens terrenae carnis in concupiscentiis castigat habitaculum dicente profeta: castitas custodiet et iustifica||bit cor, aut diuinum animae genus repetens ea quae in nobis dierum mensuum *tem*porum uoluntatum et idolicis terrenae natiuitatis uitiis dist*ri*c*ta* uidentur informa*t* dicente apostolo: si spirit*u* uiuimus, spiritu ambulemus, aut certe deum in homine cottidianum sui testem passum pr*o* nobis et nostri iudic*em* monstrat, ut, quia no*s* diuinae consortes esse uoluit naturae, ita nos corpore anima et spiritu triformi praeceptorum obseruatione distringat, ut | per legis umbram reformati in spiritu et desecandae carnis

11 Sirac. 1, 18. 15 Gal. 5, 25. 17 cf. II. Petr. 1, 4. 20 cf. Hebr. 10, 1.

1 *Hilarius, de trin. II, 2:* cogimur sermonis nostri humilitatem ad ea quae inenarrabilia sunt extendere. 19 *Hil., de trin I, 13:* qui nos ∼ non etiamnum corporali praeceptorum obseruatione distrinxerit neque per legis umbram ad sollemnia desecandae carnis imbuerit.

1 SENSUS altero loco deest; uid. *Hilarii* locorum p. 69 laudatorum ultimum 7 ELOQUITUR, I eras. 8 INTEL'LERE (CE suprascr.) OMNES, E ex I corr. 9 OMNE] facile conicias OMNI uerba AUT LOQUITUR delenda esse censeo TRIMOR'MI (F suprascr.), M (in TRIM) ras. del. OPERA'E, E in marg. man. I 11 CAS'TIG..T (E suprascr.), eras. est A uel A 13 Litterae, quas in codicis foliis 93—95 describendis *inclinatis typis* insigniui, absunt a codice, cum margines sint desecti 14 NATIUITAS (TI suprascr.) 16 COTIDIANUM (T suprascr.) 20 DE'SAECANDE, A (in SAE) ras. del.

operibus inbuti sollemnia paschae caelestis intremus et excitati ex morte, Christo pro nobis ex inmortalitate moriente, intellegamus quod factus pro nobis omnia, dum in oblationes suas dies menses formas pecorum, animalium naturas, differen-
5 tias arborum, fructus terrenorum seminum poscit, non quae sunt aelementorum aut terrena desiderat, sed omnia sua esse demonstrans castificationem ter||renae carnis et spiritus, propter 94
quod et ipse pro nobis passus in carne est, in triumfum peccati operantis exposcit et per omnium rerum natura totum se
10 loquens non tam coli uult mundi instituta quam distrui, ut manifestetur quod scribtum est: homo cum esset in honore, non intellexit et adsimilatus est iumentis. Quamuis enim diuini gratia sacramenti paschalis mysterii opus dirigens et testamenti ueteris lege praemissa uelut futurum
15 salutis nostrae | iter construens uenientis in nouam lucem passuri dei constituat ingressum et in praeparationem paschalis diei occidi agnum postulet loquens Christum hocque pascha domini, illud Christi inmolatio nuncupetur ac satis a se diuersum sit pecus terrae et deus gloriae, quoniam quidem hoc
20 terrenum mortale deciduum et in usum formati saeculi praecepto animae uiuentis animatum est, Christus autem origo omnium totus in sese nec quod est aliunde praesumens sine prin||cipio, sine fine, quem si per uniuersa consideres, unum 95
inuenies in totis et facilius de eo sermo deficiet quam natura,

3 cf. I. Cor 9, 22 et Prisc. can. XLI. 6 cf. Matth. 28, 18; Io. 16, 15. 11 Ps. 48, 13; cf. *Philastr., de haeres., c. 100.*

1 *Hilarius, de trin. I, 13:* ipso pro nobis ex immortalitate moriente, ut . . . cum eo excitaremur ex morte. 24 *Hil., de trin. II, 6 et contra Const. imp. c. 28:* sermo in eo deficiet, non natura claudetur.

1 SOLEMNIA (l *superscr.*) 4 DES (i *superscr.*) NATURA (s *superscr.*) 5 TERR., erat FERR. 7 erat DOMONSTRANS 8 CARNI⌊E⌋, I ras. del. 9 NATURA] uid. 5, 9; 15, 20; 20, 13; 75, 2 et 17 al. de littera M oppressa 12 ADSIMILITUS fuisse uidetur 13 PASCHA⌊L⌋IS 18 erat INMALATIO (o *superscr.*), A ras. del. 19 TERRAEDEUS (ET *superscr.*) 21 UIUENTES (I *superscr.*), E (in TES) ras. del.

quoniam quod semper est nec desistentis terminum in deo nec inchoare coepit exhordium, sed omne hoc pro nobis uenturus in carnem uel passus in carne est: intellegere nos deus uoluit in nobis, ut, quia unus dicti auctor utriusque est et necesse est diuinorum dictorum pacificam intellegentiam ita singulis quibus- 5 que causarum generibus | aptari, ut consentiens testamentum nouum ueteri, etsi utraque unum sunt, tamen, quia et ipsa institutione legis et tempore diuisa putantur et nomine et in uetere testamento oblatio pecorum et circumcisio carnis, in nouo sola animi fides petitur, nos cognoscamus in nobis quod, 10 dum in utrisque testamentis corpore et spiritu, sicut fuit Christus in carne, uelut in duobus perfectus homo quaeritur, uetus te-
96 stamentum castificandi corporis deo et nouum animae in||stitutione mancipatur et non dissentaneum sibi sed ratione diuisum est, ut, sicut haec duo testamenta deus unus est, sic 15 in nobis perfectio boni gloria sit, si castificatio corporis fructu diuinae excolitur uoluntatis, sicut apostolus ait: ecce transierunt uetera et facta sunt omnia noua, et alibi ipse ait: sicut portauimus imaginem eius qui de limo est, sic portemus imaginem eius qui est de caelo. Denique in eo 20 testamento quod prius est, sicut lectio | praesens docet, ut percusso Aegypto populus dei in laetitiam transferretur, ad caelebrandum pascha formae pecorum, dies mensuum, tempus petitur annorum; in eo autem quod nouum dicitur eiectis in euuangelio pecoribus e templo et mundo in crucem fixo 25 ascendens pro nobis in patibulum Christus offertur illudque pascha

16 castificatio e. q. s.] cf. I. Thess. 4, 3; Rom. 6, 22. 17 ecce] II. Cor. 5, 17. 19 I. Cor. 15, 49. 22 Exod. 12, 27 sqq; Act. 7, 24. 24 cf. Io. 2, 15 al. 25 mundo] cf. Gal. 6, 14.

1 DESIS|TENTES 2 facile conicias INCHOANTIS (uel INCHOANDI) CEPIT, E ex I fact., O man. I inscripsit in C 6 CAUSARU(M) 7 IPSA(I)NSTITUTIONE 8 NOMINE(ET)IN 9 UETERISTESTAMENTI 13 malim IN|STITUTIONI 14 DISSENTANE‖UM 16 PERFECTIO] scrib. esse PERFECTI puto, cf. 95, 23; 75, 10 22 PERCUSSO] cf. supra 63, 2 23 P(L)ASC(H)AFORMAE] conicias FORMA, sed cf. 71, 4 25 (E)TEMPLO

domini uocatur, hoc nostrum, ut intellecta dispensatione sermonum omne quod fit et factum est in salute hominum ‖ in- 97
tellegamus ostensum, ut natura corporis quae per apostolum figura mundi et uetus homo dicitur, etsi dei manu facta
5 est, tamen, quia terrenae natiuitati limi adpraehensione germana est et diebus et temporibus annis mensibus omnibusque quae sub sole sunt uitiorum diuisa naturis diuinum genus hominum muscipulis terrenae habitationis hebetauit, dicente profeta: corpus quod corrumpitur adgrauat ani|mam
10 et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, necessario castigata per legem ueteris testamenti et oblata in tabernaculum dei nihil iam diebus et temporibus debeat, sed sicut caro Christi consors uirginalis corporis facta ante conspectum domini formam peccati in se operantis occidat
15 et sicut in crucem Christi uelut agnus perfectus masculus inmaculatus cum uniuersa uitiorum abolitione moriatur, sicut apostolus ait: Christo adfixus sum ‖ cruci et uiuo iam 98
non ego, sed uiuit in me Christus. Qui enim haec intellegit, confirmatus ad fidem et consepultus Christo in baptis-
20 mum per mortem. absolutus diebus temporibus mensibus numerum dei meretur esse non saeculi et ea quae uiuunt terraena despiciens ambulans in carne nec secundum carnem militans pascha fit domini et regeneratus in nouo testamento consimilatus corpori dei, ubi se in olochaustum obtulerit deo, tunc

4 I. Cor. 7, 31. uetus] Col. 3, 9. 7 cf. Act. 17, 28. 9 Sap. 9, 15. 15 Exod. 12, 5. 17 Gal. 2, 19. 20. 19 Col. 2, 12. 22 II. Cor. 10, 3.

1 NOSTRUMUT (K superscr.), uid. de hoc signo praef. cap. II et supra 5, 15; 6, 19. 25; 8, 4; 10, 6. INTEL'LECTI (A superscr.), I ras. del. 8 HOMINE 9 ADGRU ABAT, U ras. et puncto del. 13 CON'SOR (S superscr.) 14 OPERANTES (I superscr.), E ras. del. 15 CRUCEM'] cf. 69, 13 16 ABOLITIONE'] cf. e. g. Roensch, It. et Uulg. pag. 409 sq. 19 CONFIMATUS (R superscr.) IN'BAPT.] conicias PER BAPTISMUM IN MOR'TEM, cf. 60, 8 21 NUMERUM] nolui mutare in NUMERUS QUAEBUNT (UI superscr.) 22 DESPICIENS, E ex I corr. AMBULAS (N superscr.) 24 OLOCAUS'TUM (H superscr.)

in eo quod patiebatur pascha suum Christum inmo|latum esse cognoscit, dicente Paulo: si conplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus, scientes hoc quia uetus homo noster simul cruci confixus est, ut destruatur corpus peccati et ultra non 5 seruiamus peccato, et alibi ipse: quod enim mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem uiuit uiuit deo. Denique deus noster adsumens carnem, formam in se dei
99 et hominis idest diuinae animae et terrenae carnis adsig‖nans, dum aliud ex his peccati formam, aliud diuinam ostendit esse 10 naturam, illudque arma iniquitatis peccato, hoc iustitiae arma demonstrat in salutem nostram uerbum caro factus, dum inuisibilis cernitur, innascibilis nascitur, inconpraehensibilis adtinetur, dum moritur homo resurgit ut deus et nunc tristem sibi animam usque ad mortem quasi timens queritur, nunc 15 ultra humanam confidentiam sessurum se ad dei dexteram profite|tur, nunc auferri si possibile sit calicem expetit passionis, nunc confidenter tamquam acceptum de patre bibiturum se eum esse contendit, nunc relictum se in passionibus a deo tamquam homo queritur, nunc confitenti latroni tamquam deus 20 paradisum pollicetur; dum filius dicitur et Ioseph pater non est, dum filius dicitur et Maria uirgo ante conceptum uirgo concipiens et edita carne saeculo datura miraculum uirgo post
100 partum ‖ quoniam inter ista tam diuersa, tam dissona secundum intellegentiam humanae creaturae non conueniret uirginitas 25 partitudini, aeternitati mors, adhortationi diffidentia, trepidatio

1 cf. I. Cor. 5, 7. 2 Rom. 6, 5. 6. 6 Rom. 6, 10. 11 Rom. 6, 13. 14 Matth. 26, 38; Marc. 14, 34. ad. u. 16—19 cf. Matth. 26, 64. 39. 29. 19 relictum] cf. Matth. 27, 46. 20 latroni] cf. Luc. 23, 43.

16 *Hilarius, de trin. VI, 36:* ultra humanam intellegentiam; *VI, 37:* ultra humanae infirmitatis modum; cf. *X, 7; XI, 44; XII, 38. 56.*

1 INMO|LATUS, cf. 71, 18 9 TER|RENAE (ET superscr.) 14 ADTINERETUR, RE lin. et punctis del. 18 ACCEPTAM 20 QUAERITUR 23 CAN (R superscr.) NE, N (in AN) lin. tenuissima et puncto del. 24 ISTA|TUAM, A (in AM) perperam lin. del. 25 URGINITAS, cf. 83, 6

libertati, dum aliud secundum spiritum promptum, aliud secundum carne infirme demonstrat: sic se pro hominibus patientem intellegi deum uoluit in carne, ut, si sensus quaeratur in nobis: unus deus est, si sermo: unus est Christus, si opus:
5 unus Iesus, si natura quaeritur: | filius est, si principium quaeritur: pater dicitur, si creatura: sapientia est, si ministerium: angelus, si potestas: homo, si dignatio: filius hominis, si quod factum est per illum: uita est, si quod extra illum: nihil, — sic uniuersa disponens, ut, cum unus esset in totis unum in
10 se uolens hominem, aliud genus perfecti operis scrutator eius habere non posset, nisi ut unum eum deum crederet, quem omnipotentem in se quod est et quod dicitur inueniret. Nec enim pu|tetis pertinere ad contumeliam uerae diuinitatis, si com- 101 mendans caritatem suam in nobis deus et infirmitates
15 nostras pro nobis portans sic terrenae natiuitatis oblationes petit, ut in nullo se secundum mundi aelementa discernens, in quantum terrenae mentis amplexu potestas aeternae infinitatis excederet, conprobaret, sed ut per haec intellegens deum fides constans captiosas mundi et inutiles respuat quaestiones
20 et pecca|tum quod in nostro mortali corpore operatur agnoscat et ipse se homo diuidens, deo in se cuncta monstrante,

1 cf. Matth. 26, 41. 13 Rom. 5, 8. 14 infirm.] Matth. 8, 17. 19 cf. Tit. 3, 9; II. Tim. 2, 23. 20 peccatum] cf. Rom. 6, 12.

16 *Hilarius, de trin. I, 13:* (fides constans) non secundum sensum communis intellegentiae deum retinens neque de Christo secundum mundi elementa decernens, in quo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat, ut, dum infinitas aeternae in eo est potestatis, omnem terrenae mentis amplexum potestas aeternae infinitatis excedat. 19 *Ibid. paulo superius:* respuit captiosas et inutiles philosophiae quaestiones fides constans.

1 PROM|P|TUM, P in margine man. I. 2 CARNE] uid. Roensch, It. et Uulg. p. 408 al. DEMO|NS|TRAT, NS in marg.; totum uocabulum in rasura exstat 4 EST] nolui mutare in coniunctiuum modum, quamuis UT praecedat (an pro UT in u. 3 ET scrib. est?) 10 PERFEC TI|O|OPERIS, prior O in marg. pos. man. I, sed rursus lin. del.; cf. 72, 16 12 OM|NIPOTENS, TEM S lin. del. 13 UERE 15 OBLA|TIONIS 17 AMPLE|XU] uid. supra 71, 9 INFIRMITATIS 18 EXCIDE|RET 19 QUESTIONES 21 MONSTR|AN|TE, AN in margine fuit ANT

depraehendat, quid ad distruendum opus mundi castigato corpore in crucem figi ⟨oporteat⟩, quid inmaculatum in se deo tribui, quid, quia diuinum habitat in nobis, inpassibile seruari, ut, sicut supra diximus, corpore anima et spiritu triformi in deo opere perfecti adinpleamus quod scribtum est dicente 5
102 Paulo: sicut exhibuistis membra uestra seruire in||munditiae ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem, quoniam stipendia peccati mors est, gratia autem dei uita aeterna in Christo Iesu domino nostro. 10

Et ideo intuentes in uobis omnia, quamuis dispensationem mundialium rerum alterutro naturae suae motu speciosa conmendet operatio, tamen, quia totius creaturae sensum longe necesse est ad gloriam praecedat operator, scitote quia nihil in | huiusmodi pro se deus aeguit, sed, quia homine decepto diui- 15 norum operum simplicem dispositionem loco tempore numero die mense ratione diuisam daemoniaca idolorum natura confuderat, dum incertorum deorum familias introducens incommunicabile dei nomen diebus mensibus pecoribus uolucribus lignis et lapidibus adscribit eratque tale fidei bellum, ut relicto tanti 20
103 muneris deo corporeas creaturae conspicabilesque formas in ae||lementis terrenis et caelestibus adorarent, dicente de his apostolo: euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum et commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis ho- 25 minis et uolucrum et quadripedum et serpentium, necessario deus noster religiosae sententiae modum temperans, ut

3 cf. Rom. 8, 9; II. Tim. 1, 14 al. 6 Rom. 6, 19. 23. ad 15—20 cf. Sap. 14, 21. 22. 23 Rom. 1, 21. 23.

27 *Hilarius, de trin. lib. I, c. 20:* ita totius operis modum temperauimus; arduum hoc intellegentiae iter cliuo quasi molliore leniuimus; cf. infra p. 100, 9.

1 DE⌊PR⌋AEHENDAT 2 OPORTEAT deest; post FIGI| uersus finitur 9 PECCATA,A (in TA) lin. et puncto del., cf. 66, 15 12 CON|MEN DE(T)M, M (in DEM) ras. del. 16 erat NUMERE 23 EUAN(U)ERUNT 24 INCURRUPTIBILIS 27 DEUS scripsi, cod. ·DO̅, cf. supra 66, 3

arduum diuinae intellegentiae iter uelut cliuo molliore leniret, primum per | Moysen data lege, prohibens omne idolum quod esset in caelo siue in terra siue in aquis, detestans militiam principatum saeculi quae operatur in cogitationibus nociuis
5 et castificans in his opus carnis, ne quid homo extra unum deum uelut deum uellet, praecepti fine conpescuit et, cum unumquid in sacrificium peteret, occidi non pecorum sanguinem uoluit, sed occidi in nobis ea quae uitiorum natura idolicis in carne formis occupauerat, dicente de huius||modi apostolo: non quod 104
10 idolum sit aliquid, sed quae sacrificant daemoniis sacrificant et non deo, ut his scilicet in homine correctis post ipse bonorum natura facturam uelut perfecti hominis locum uterum uirginalis carnis ingressus idolorum formis in pecoribus occisis suum sanguinem in redemptionem humanae expiationis
15 offerret et conceptione partu uagitibus cunis omnes naturae nostrae transcurrens contumelias mundo in cru|cem fixo saluato in se et per se sibi homine gauderet. Nam quod primus mensis petitur in pascha, non ut adtendatur mensis, cuius numerum constat cum saeculo numerabili esse periturum, sed
20 quia omnium creator in totis est, agnoscatur quod scribtum est: primitiae omnium Christus, et de propiato inimici transitu, ubi primus mensis ad inmolandum petitur, ibi, quia, sicut scribtum est, numerus hominis numerus est bestiae, opus mundi et na||tiuitas in nobis prima uincatur et deo potius 105
25 incipientes quam saeculo debere quod nascimur intellegamus

2 cf. Exod. 20, 4. 9 I. Cor. 10, 19. 20. 16 cf. Gal. 6, 14. 17 cf. Exod. 12, 2. 21 I. Cor. 15, 23. 23 Apoc. 13, 18.

15 *Hilarius, de trin. II, 24;* uid. supra ad p. 60.

1 LENIRET, E ex I fact. 4 PRINCIPATUM pro PRINCIPATUUM, cf. 22, 7 5 CASTIFICANONBIS (s, i supra), O ras. del. 6 UNUMQUID, eadem forma occurret p. 105, 1 9 HU|IUS, litterae IUS in margine, IU in ras. 10 QUIAE, I eras. 11 CORREC|TIS, 16 NOSTRAE ET|, ET lin. del. SALATO (u supra) 20 AGNOS|CATUR, O (in NOS) ex U corr. 25 NAS|CIMUS (R supra), S (in MUS) lin. del.

hunc esse primum mensem et diem nostrum, non in quo apparemus in saeculum, sed in quo deuicto Aegypto idest repudiato mundo diuina in deum natiuitate reparamur. Adtendi autem lunaris ideo cursus iubetur, non ut in eo obseruatio religionis sit, sed, quia in ea quae uidentur omnis homo uincitur 5 et germana aelementis caro diebus et tem|poribus oblegata rectores orbis terrarum deos aestimat, necessario aelementorum circumscribta per deum numeri intellegatur natura et, quod minuitur aut crescit, primum potestatis suae non esse credantur quae uoluntarii operis non habent libertatem, post sapientiae 10 saecularis institutione reiecta corpore anima et spiritu in quibus homo uincitur triformi decalogi in nobis lege reparata mensis 106 fiat domini et natiuitas tempore ‖ circumscribta uincatur in nobis, quoniam, sicut scribtum est, constitutis terminis gentium secundum numeros angelorum, cum decada saeculi 15 uincitur, dominicae decadae mandata reparantur, et inde est, quod in mysterio domini aut decimae fructuum petuntur in lege aut in uincendo Aegypto ad praeparandum pascha mensis decima postulatur, quoniam qui in tribus potens initium medietatem et consummationem mundi in se operantis euice|rit, non 20 ut oblegaretur tempore uenisse se, sed ut uinceret recognoscit et credens aeternis intemporabilis factus intellegit quod omne quod sol diei luna nocti minuitur aut crescit non inperium captiuitatis nostrae, sed operabilis constitutio sit naturae, totumque quod uiximus reuertentibus nobis ad genus nostrum uocabitur 25 pascha domini, non opus mundi, sicut scribtum est: ego creaui omnem militiam caeli et non iussi, ut adoraretis ei. ‖

14 Deut. 32, 8. 18 Exod. 12, 3 (Itala: decimâ mensis, Uulg.: decima die mensis). 26 Hos. 13, 4.

2 DEUICTO|AEGYPTO|, uocab. AEG· minor. litt. script. 5 ho UINCITUR MOET 8 conicias NUMERIS 12 DECAC|LOGI, C (in uersus fine) eras. 20 CONS UM|M ATIONEM INSUO|PECCANTIS (E super U, R super C), U et C ras. del. EUICEE|RIT, post EUICEE, cuius ultimam litteram posterior manus addidisse uidetur, uacat spatium trium uel quattuor litterarum 23 LUNANOCTI (E super A)

Quod autem agnus inmaculatus anniculus ex agnis et haedis 107
petitur adsumptus, ut, sicut scribtum est, imitantes opus
Christi malitia paruoli et inmaculati legem domini
inbuentes operemur et, dum homo deo redditur, totius mundi
5 in anno numero deuicto innumerabilis Christi natura teneatur
sicque ex agnis et haedis idest ex duobus in unum hominem
nouum corporis et spiritus castificatione suscepta pascha domini
et pascha nostrum hoc est Christus in homine et homo in|ueniatur in Christo et adinpleatur quod scribtum est: qui sancti-
10 ficat et qui sanctificatur omnis ex uno. Quod autem
expiatio domus petitur, non domus manufactae, quae ipsa temporis uetustate decidua est, emundatio postulatur, sed sicut
scribtum est: quae domus nos sumus, si usque ad finem
inculpata fidei uirtute nitamur, nec liminaria uel postes
15 lignis et lapidibus instructa occisi pecoris uult deus cruore contingi, nec enim de talibus ‖ cura est deo, sed dicente 108
Paulo: omnis uiri caput Christus, Christi autem caput
deus mysterium futuri baptismatis diuini sanguinis effusione
ditandum prophetat in nobis, ac, sicut iam alii cognouistis, alii
20 ut cognoscatis optatis, omnia [in] quae uidemus audimus oramus
aut loquimur uel in postibus aut in liminaribus animati corporis
data uult in introitum diuini sermonis aptari idest non in uagos
saeculi errores rapi, sed consignantibus | nobis in gloriam crucis
Christi uelut sanguine inmaculati agni diuinae passionis testi-
25 ficatione signari, ut ambulantibus nobis in nouitate uitae et
non in uestustate litterae acceptum in uictoria a nobis
corpus non appelletur iam terra saeculi sed domus dei nec
fornicationis habitaculum sed imago corporis Christi.

1 Exod. 12, 5. 2 cf. I. Cor. 14, 20; 16, 10; II. Petr. 3, 14.
9 Hebr. 2, 11. 11 cf. Exod. 29, 36. 13 Hebr. 3, 6. 16 I. Cor. 9, 9.
17 I. Cor. 11, 3. 25 Rom. 7, 4. 6. 27 cf. I. Cor. 6, 13.

2 ADSUMMUS (p t supra), M (in MUS) ras. et linea del. SCRIBTUM (EST supra) IMITA·TIS 5 scrib. ANNI? 14 POTES 15 PECODIS (R supra), D ras. del. 20 OMNIAINQUAE] de IN cf. 60, 6; 61, 1; 62, 12 al. ORAMU'R, litt. R in margine affixa 25 SIGNATI AE in UITAE ras. corros.

Propter quod et uos intellegentes quoniam lex spiritalis
109 est, nos autem carnales, uenumdati sub pec||cato, castificate animas uestras ad obaudiendum et offerte uos tamquam spiritales hostias, acceptabile sacrificium placens deo, et intellegentes praesentem lectionem non lumbos cor- 5
poris praecingatis, sed, sicut apostolus ait, praecincti lumbos mentis uestrae sobrii in omnibus perfecte credite in quo signati estis spiritu et uelut mundantes domum dignum mandatis dei carnis uestrae habitaculum praeparate, ut delegatas in pascha | domini uigilias imitantes conuersantes in 10
ignorantiae nocte peruigeletis ad deum et omne quod offertur a uobis, priusquam dies domini mane ueniat, consummatis, ac, si non statim possibile est consummare quod uultis, uicinum proximum idest cohabitantem uobiscum intellegentes spiritu in auxilium perficiendi operis aduocate, quoniam, sicut 15
Paulus ait, ipsius est et uelle et operari in nobis et per-
110 ficere. Et sicut praesens lectio ait dicen||te domino: et erit in testimonio sanguis quem in postibus et liminaribus posuistis; ego enim uidens sanguinem hunc protegam uos nec erit plaga exterminii in uos, cum percutio terram 20
Aegypti, sic nos aduenіente in iudicium domino ipso testimonium reddente pro nobis et in cordibus nostris clamante: abba pater non cum hoc mundo damnemur, sed signati frontibus praetiosi sanguinis testimonio absoluamur in Christo.

Inter quae omnia, licet aper|te scribturae dei loquantur ad uos, 25
tamen, quia et ego testis uester habeor in Christo Iesu, consilium do tamquam misericordiam consecutus a domino,

1 Propter] cf. I. Petr. 1, 13 (infra lin. 6). et uos] cf. I. Petr. 2, 5 (infra lin. 3). lex] Rom. 7, 14. 2 castificate] I. Petr. 1, 22. 3 offerte] I. Petr. 2, 5. 6 I. Petr. 1, 13; Exod. 12, 11. 7 in quo] Eph. 4, 30. ad u. 9—15 cf. Exod. 12, 6. 8. 10. 4. 12 priusquam] cf. Malach. 4, 5 (ubi in not. Sabatarii 'manifestus'). 16 Philipp. 2, 13. 17 Exod. 12, 13. 22 Gal. 4, 6; Rom. 8, 15. 23 signati] cf. Apoc. 22, 4. 24 praetiosi] I. Petr. 1, 19. 26 cf. Io. 15, 27. consilium] I. Cor. 7, 25.

4 INACCEPT.] IN lin. del. 7 SOBRII, O ex U corr. 11 PER UIGELETIS] ita codex 12 DIEI, (s supra I) I lin. del. CONSU·MATIS] nolui mutare in CONSUMATIS 20 ERIT PLAGA

ut exsuentes ueterem hominem cum omnibus actibus et concupiscentiis suis facti pascha et in diebus septem, quibus aut inchoatur mundus aut agitur aut finitur, sine fermento idest sine uitio sinceres idest azymi et diebus saeculi nil
5 debentes, naturam in nobis dei custodientes et legem idest carne domini uiua||mus et sanguine, ut, cum uenerit in iudicium 111 deus, sicut in apocalypsi legitis, non numerus bestiae nec mesura saeculi simus, sed, in quibus etiam Iohannem fleuisse legitis de signatis signaculis septem, uelut liber doctrinae
10 caelestis habeamur et inter duodecim milia signatorum patriarcharum numeris mancipati non numerus bestiae sed mensura hominis quod est angelus nuncupemur, adinpleto quod dominus in euuangelio ait: | filii huius saeculi nubunt et nubuntur, generant et generantur, filii autem
15 dei, neque nubunt neque nubuntur neque generant neque generantur, sed similes sunt angelis dei.

1 Col. 3, 9; Gal. 5, 24. 2 sqq. cf. Exod. 12, 15; I. Cor. 5, 8. 7 Apoc. 13, 18. 8 cf. Apoc. 5, 4. 1. 10 Apoc. 7, 4—8. 11 Apoc. 13, 18; 21, 17. 13 Luc. 20, 34—36.

11 patriarcharum] cf. infra *Orosii common., c. 2.*

1 EXSU|ENTES] ita cod., cf. 88, 3 ACTIS (BU supra) 5 UOBIS] nolui mutare in NOBIS 7 APO|CALYPSELEGITNON (I, IS supra), E (in PSE) lin. del. 8 ME|SURA, E in marg., cf. Brambach, Orth. p. 267 13 QUID (O supra), I lin. pertenui del. 14 NU|BENT 15 NUBENT (U supra), E lin. del. 16 SIMILIS ·DI· FINIT·TRACTATUS|EXODI·INCIPIT·|PRIMI PSALMI||

PRISCILLIANI.

TRACTATUS PRIMI PSALMI.

Wirceb. fol 112 Dauid sanctus magisterium diuinae instituens eruditionis et ⟨in⟩dissolubilis uerbi in hominibus constituens fundamentum, dum omne in se in quod electus fuerat exultat, primi psalmi 5 opus dirigens et diuinae naturae ostendit gloriam et uiuendi omnibus posuit disciplinam dicens: beatus uir qui non abiit in consilio inpiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit. Cui necessario psalmo, quia primus est omni|umque principium est, titulus in 10 superscribtione non ponitur, quoniam qui id quod primum fuit nouit et ita non fecerit, possidentis peccati titulus non tenetur, sicut scribtum est: quis enim uocat per se uocitum? et alibi: iusto lex posita non est. Quod quamuis profeticus sermo deo soli qui solus hoc potuit adsignet, tamen et nos ita 15 deo Christo seruire persuadit, ut peccatorum nube detersa 113 et Christi in nos natiuitate reparata, si Christum omnium ‖ scimus esse principium et hominem Christi agnoscamus habitaculum, dignum tali habitatori domicilium praeparemus quod

7 Ps. 1, 1. 13 quis enim etc.] unde haec desumpta sint, erui non potuit. 14 I. Tim. 1, 9. 16 cf. Es. 44, 22.

2 Uid. subscript. tract. sexti; frequens est apud *Hilarium* haec inscriptio: 'tractatus psalmi' etc. 3 uerba DAUID — ERUDITIONISET tres complentia uersus rubro colore exarata sunt 4 uersus incipit a DISSOLUBILIS, deficiente syllaba IN, cf. 60, 6 11 FUITUIT|TEITA (NO . T supra scr.), T (in TE) expunctum 12 TITU|LUS] cogites de TITULIS, cf. 26, 6 13 UOCITUM] cf. Roensch, It. et Uulg.² p. 521 16 PERSUADIT] cf. supra 30, 18 18 AG|NOSCAMUS] cf. Arch. f. lat. Lex. III, 51: 320

non ambitionis saecularis error inclinet aut concupiscentia deprauet aut auaritia decoloret, sed quod perennis uitae splendore ditatum et Christi dei templum et legis testamentum et saluatoris dignum inuenietur habitaculum dicente Paulo: templum
5 dei estis et deus habitat in uobis, et alibi: scitote quia, si | quis uiolauerit templum dei quod estis uos, disperdet illum deus. Quod intellegentes scimus quoniam templum dei sumus et deus habitat in nobis; maior metus criminis est et euidentior poena peccati eundem cotidianum
10 testem habere quem iudicem illique debere mortem quem uitae intellegimus auctorem. Omnes enim corpus Christi sumus et membra ex parte; nam quod renascimur in salutem, misericordiae est, non naturae, ut, si natiuita‖te carnis adstricti et 114 mundialis mali uitiis obligati peccatorum uiam et consilia non
15 euasimus inpiorum uel baptizati in Christo Christum induentes, ita perennis uitae sequamur heredem, ut nec cui renuntiauimus inueniamur participes nec cui credimus infideles.

Et ideo profetici sermonis intellegentes eloquium estote tales, quales uos pater deus fecit, estote tales, quales uos manus
20 patris instituit, quoniam imago et similitudo dei, quod estis uos, corruptelae inlecebras | et blandimenta non quaerit, omneque impiorum consilium et peccatorum uiae, cathedrae pestilentiae, corruptae carnis astutia et polluti corporis officina, sicut scribtum est: corpus quod corrumpitur adgrauat animam
25 et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogi-

4 I. Cor. 3, 16. 5 ib. 3, 17. 11 cf. ib. 6, 15. 15 Gal. 3, 27. 24 Sap. 9, 15.

1 SECULARIS (A supra) INCLINETIAUT, I (ante AUT) lin. del. 3 ETTEM PLUM, ET lin. del. 4 INUENIETUR] nolui mutare in coniunct. praes. uel imperf. 6 UOLAUERIT (I supra), cf. 74, 25 9 EUIDENTIOR] prima littera E in margine praefixa 10 ILLIQUAE, A lin. del. 11 erat INTELLIGIMUS 12 ETX, T lin. del. 14 OBLEGATI, E lin. del. 18 SERMONES, E lin. del. 21 CORRUPTILAE BLANDIMENNON (TA supra) 22 PESTILENTIA 23 OFFCINA (I supra), supplendumne EST? 25 DET, D lin. et puncto del. ETTERRENA, ET uno puncto et duab. lin. del., cf. supra u. 3

tantem. Haec est enim modulatio cupiditatis, irae ictus, pollicitatio insanabilis, arma serpentis, calliditas inimici, adulatio extrarii, subiugatio nostri, corruptela sui. Per hanc expugnator 115 ini‖micus artes suas inserit et insidiis suis per occulta fallentibus zabolus obrepit, dum percutit ut terreat uel dum blan- 5 ditur ut fallat. Sic denique apostolus Paulus, quid ipse uellet ostendens et quid ne fieret repugnaret, dixit: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum ducentem me in lege peccati, et alibi: scio quia non inhabitat in me, hoc est in carne mea, bonum; 10 nam mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. | Sic et profeta de hoc loquens ait: in montem altum ascende, qui euangelizas Sion; exalta uiribus uocem tuam qui euangelizas Hierusalem; exalta, ne timeas; dic populo huic 'omnis caro ut faenum et omnis gloria hominis 15 ut flos faeni; aruit faenum et flos decidit, uerbum autem domini manet in aeternum.' Et alibi ait: ego stabo super speculationem meam, ut uideam et audiam, quis loquatur in me et quid respondeam in accusatione 116 mea; et alibi: audi, ‖ populus meus, qui beatificant uos 20 seducunt uos et semitas pedum uestrorum conturbant. Quorum si naturam intellegimus et uitiorum consortium non habemus, necessario regnum quod caro et sanguis non percipiet, consequimur. Sic denique Rebecca ad fidem mysterii operantis electa duorum in utero suo populorum pugnas uidens 25

7 Rom. 7, 23. 9 scio quia] Rom. 7, 18. 25. 12 Es. 40, 9. 6—8; I. Petr. 1, 24 al.; Sabatarii cod. Colb. ad Marc. 1, 3. 17 Habac. 2, 1. 20 Es. 3, 12. 23 I. Cor. 15, 50. 24 cf. Gen. 25, 22 sqq.; Rom. 9, 10 sqq.

2 SERPENTES (I supra E), E (in TES) lin. del. 3 CORRUPTELAUI (S supra A), E ex I fact. 4 OCULTA (C supra O) 12 MORTEM (N supra R), R lin. del., cf. 74, 23 13 EUA-|CELEZAS (I supra E), E (in LE) lin. del. 14 EUANCELEZAS (I supra E), E (in LE) lin. del. 16 UT (E supra U) (post FAE|NUM), U lin. del. 17 AIT scripsi, cod. AD (an scrib. AT?) 19 ACCUSATIONE-|MEA, uid. 69, 13 24 conicias CONSEQUEMUR 25 OPERA-TES (I supra E), E (in TES) lin. del. erat UTERE, cf. 87, 3

Esau dolore partus sui edidit, qui primitiua sua perderet, et Iacob protulit in salutem, quem Christus faceret heredem. In | quo et uos, dilectissimi fratres, tamquam fideles serui et, sicut scribtum est, fili dei et coheredes Christi operantes in testi-
5 monio loquendorum castificate animas uestras ad obaudiendum fidei nec configurantes uos ignorantes uitae desideriis in quibus erubescitis stipendia uellitis accipere peccati, sed iter psalmidici sermonis intrantes ambulate in lege domini, ut tamquam lignum quod plantatum est
10 iuxta decursus aquarum diuino‖rum sermonum fontibus in- 117 rigati uirentis intellectus palmites proferatis maturos et permanentes honestae uitae fructus, quos non corruptibilis habitaculi uoluptarium tempus eduxit, sed quos diuini sermonis eruditio fecundarit, ut non decidentibus foliis mandatorum
15 perpetua luce contecti peccatorum supplicia respuere et requiem possimus habere iustorum per Iesum Christum.

4 Rom. 8, 17; cf. Prisc. can. LXXII et LXXVIII. 5 I. Petr. 1, 22. 6 configurantes] I. Petr. 1, 14; uid. supra 9, 24 ubi in eodem uersu habes ignorantiae'; pro uocab. 'uitae', quod utroque loco in nostro codice occurrit, It. et Uulg. exhibent 'uestrae'. 7 in quibus] Rom. 6, 21. stipendia] cf. Rom. 6, 23. 8 cf. Ps. 118, 1. 9 Ps. 1, 3. 11 cf. Apoc. 14, 18. 12. 14 cf. Ps. 1, 3.

3 FIDELIS 4 COHEREDIS, I lin. del. 6 CONFIGURANTES, U (in FU) lin. et puncto del. fortasse IGNORANTIS scrib. est 7 ERUBESCITIS, E ex I fact. UELLITIS] cf. 39, 2 ACCEPERE, E (in CE) lin. del. 8 ITOR, O lin. del., cf. 58, 7 11 UIRENTES PRO FERENTES fort. PERMANENTIS scrib. est 12 HONESTAE UITAE FRUCTUS 13 EDUXIT] cogites de EDUXERIT, cf. 4, 2; 32, 16 al. 16 XPM·|FINIT TRACTATUS PSALMI PRIMI INCIPIT TRACTATUS PSALMI TERTII‖

PRISCILLIANI

TRACTATUS PSALMI TERTII.

Wirceb. fol. 118 'Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersus me' et reliqua. Licet psalmi titulus gestorum ordinem teneat, cur Dauid sanctus animi a facie 5 Abessalon fili declinauerit, nobis tamen caelestia opera dicentibus non rerum carnalium perscrutanda sunt, ut inuenta in secretum inquisitionis indagine inuenti praemia operis adsequamur, sicut scribtum est: quaerite, inquid, et inuenietis, pulsate et aperietur uobis, et alibi: | omnia possibilia cre- 10 denti. Acta itaque per speciem per fidem colligere debemus et uisibilia opera inuisibili mentis indagare secreto. Omnia enim in figura gesta apostolus adseuerat et nostri typum anteacta monstrare, ut opus laboris per scientiam legis inluminet, quos ignorantia tenebris ante uelabat, ut apostoli ad Efesios 15

3 Ps. 3, 2. 1. 9 Matth. 7, 7; Luc. 11, 9. 10 Marc. 9, 22. 11 cf. II. Cor. 5, 7. 13 I. Cor. 10, 6; cf. Prisc. can. LXVIII et *Bachiarii fid.*, Mig. 20, 1019 C.

4 *Hilarius, prolog. in cantica quindecim grad., 2:* In plerisque psalmis multa secundum historiae ordinem in superscriptionibus eorum esse legimus, ut 'cum fugit Dauid a facie filii sui Abessalon' etc.; — *ibid., ad psalm. CXIX, 1:* Propheticus sermo licet communi usu humani sermonis utatur, tamen non eandem quae communi sensui adiacet significantiam continet. Namque quamuis, prout possemus intellegere, rerum caelestium enuntiationem temptarit, uirtutem tamen significantiae suae moderata licet uerborum electione seruauit.

2 Uid. subscriptionem tractatus septimi 3 uerba DOMINE—IN SURGUR[l] tres uersus complentia rubro colore exarata sunt 4 INSUR GUR[l]GUNT, syll. GUR nigra lin. del. [l]ETREL[l], in marg. 7 PER SCRUTANDAE 15 EFFESIOS, prior F linea et puncto del.

dictum est: eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino; ut fili lucis ambulate. Agere ergo nos oportet ex‖cubias, qui iunctus est, qui si temporis mutatione 119 corrumpitur, sed in dies ille renouatur, ut non quae in oculos sed 5 quae in mentem ueniunt magnifica ducamus, non studentes corporalibus sed spiritalibus, laborantes, ut apostolus Paulus, electum uas Christi, gentium doctor, ponit et dicit: lex, inquid, spiritalis est, ego uero carnalis, et beatissimus Petrus: omnis, ait, profetia uel scribtura interpraetationem 10 indiget. Hinc nobis nocte ac die in dominica le|ge meditatio, hinc in eam, quantum meriti est, curiosae mentis intentio, hinc nostri agnitio, hinc fiducia gloriandi repudiare quae carnis sunt et elegere quae spiritus, argutiam cordis in agnitionem ueritatis intendere, praeceptorum caelestium secreta cogno- 15 scere, utilitati animae, dum tempus sufficit, prouidere. Unde mihi, fratres, sacrae lectionis prouidentiam curiosius intuenti non ⟨in⟩merito per profetam ordo psalmorum digestus uidetur nec incondite quae ‖ spiritus dei dictauit exposita, cum rudem 120 hominis natiuitatem simplici innocentiae puritate formatam

1 Eph. 5, 8; Prisc. can. VI. 3 cf. Exod. 12, 4. 6 Act. 9, 15. 7 I. Tim. 2, 7. lex] Rom. 7, 14. 9 II. Petr. 1, 20. 10 nocte] cf. Ps. 1, 2; I. Thess. 2, 9; II. Thess. 3, 8 et Prisc. can. XXXIX. in dom.] cf. Ps. 118, 97. 15 cf. I. Petr. 4, 3.

7 *Hilarius, de trin. V, 32:* ab apostolo et doctore gentium; — melius ... electione uase docuisti, — *VI, 20* uas electionis; — *VI, 44* electionis est uas ... magister gentium; — *VIII, 1* doctor hic gentium; — *VIII, 21* electionis est uas et gentium doctor; *VIII, 27. 48; IX, 62; XI, 23;* — *Saluiani, epist.* ed. Pauly p. 205, 4: Paulus electionis uas, magister fidei; *al.* '*Cypr.*, ed. Hartel. I, 301, 1: ponit et dicit; *al.*

3 erat TEMPERIS, cf. 84, 25 4 ILLE^RE^NOUATUR 8 E^EST^ÇO 9 IN TER'PRAETATIONEM] cf. 69, 10; 9, 27. 11 MERI'TI] conicias MERITA INTE^N^TIO 16 M^IBI^FRA'TRES SACR^A^E 17 MERITO', deficiente syll. IN ORD^O^PSAL'MORUM 19 HOMI'N IS.M, M lin. et puncto del. uerba SIMPLICI — PARE^M^ coartatis litteris exarantur, cf. 61, 5

parem beatis, si in his maneat, ostendit dicens: beatus uir, qui non abiit in consilio inpiorum et in uia peccatorum non stetit; secundo incorporatum inuidiae uirus exspauit, cum ait: quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? hoc in tertio odium fili in patrem docet a nobis nasci, 5 quae nos persequantur ostendens. Tum et illud, | carissimi: sensum legentis admonuit et sollicitam mentem ueri inquisitione tardauit, cum in principiis posuit, quae regni sui fine perpessus est, profetiam credo uitae hominis aptando et saecularis mali circumscribendo naturam. Formae uel aetatis igno- 10 rantiae iactata turbinibus peccatis acerba sunt, tranquillo aeui fiunt scientiae emendatione matura, pro quibus idem praecatur: peccata, inquid, iuuentutis meae et ignorantiae ne me- 121 mineris, deus; ‖ et apostolus ad libertatem iustitiae nos excitans peccati in nobis redarguens seruitutem sic ait: cum 15 enim serui essetis peccati, liberi fuistis a iustitia; quem ergo fructum habuistis tunc in his in quibus nunc erubescitis? Tertius enim hic psalmus est, ut Abessalon tertius filius inpius crudelis iniustus, qui occiso fratre ueniam consecutus religiosum et indulgentissimum patrem bello per- 20 sequi, regno exuere, uita priuare conatus est. Quae omnia ad nos|tram formam arbitror esse referenda nobisque contraria, quae a nobis generantur, existere. Hinc prima inlecebra nutrit

1 Ps. 1, 1. 4 Ps. 2, 1. 13 Ps. 24, 7 15 Rom. 6, 20. 21. 21 cf. I. Cor. 10, 6; Prisc. canon. LXVIII.

1 OSTEN'DIDDICENS, D posterior in DID lin. del. 2 ABIT PECCATORUM, O ex U corr. 3 EXSPAUIT] ita cod., cf. 81, 1 4 erat PUPULI 5 DOCERET' 7 LE'GENTES, E (in TES) lin. del. MENTE', cf. supra 5, 9; 20, 13; 71, 9 al. UIRI, cf. 33, 12 IN QUISITIONEMTARDAUIT, M lin. del. 8 REGNIS, S lin. del. 17 HIIS, I (ante S) lin. et puncto del. 18 ERUB⌊E⌋S'CITIS, E (in BE) eras., deinde I in ras. posit., sed iterum conuers. in E 19 FRATRES UE'NIAM, S lin. et puncto del. 21 EXUE'RO, O lin. del., cf. 85, 8 23 INLEBRA (CE suprascr.)

reatum et apparentiae malum occasionem praestat inimico; tum in decliue scelerum inpulsu uoluntatis urguetur et homo idest filius perditionis ostenditur. Prima enim concupiscentiae culpa est, secunda uoluntatis adiectio, tertia desi-
5 derati operis inpletio. Quae e contrario in operibus bonis lectione cognoui‖⟨mus⟩ . . .

1 cf. Rom. 7, 8. 11. 3 cf. Io. 17, 12; II. Thess. 2, 3. Prima] cf. Iac. 1, 14. 15.

1 MALUM] nolui mutare in MALAM 2 DECLEUE, E (in CLE) lin. del. 6 supplendum esse 'cognouimus' puto; 'cognouistis' enim aliter fuit distinguendum (COGNOUIS|tis). Quaternionem hic excidisse docui in praef. c. II.

PRISCILLIANI

TRACTATUS AD POPULUM I.

Wirceb. fol. 122 .... facere non posse monstraret, sicut profeta ait: **quis sapiens et percipiet haec et intelleget et sciet ea? quia rectae sunt uiae domini et iusti ibunt in illas, inpii** 5 **autem languiscent in eis.** Propter quod et uos induti fidei **armis castificate animas uestras ad obaudiendum per spiritum et aedificantes uos in templum domini caritatem in fraternitate simplicem in gloriam diuinae dilectionis adhibete,** quoniam sic scribtum est: **omnis** 10 **caro ut faenum et omnis gloria hominis ut | flos faeni; aruit faenum et flos decidit, uerbum autem domini manet in aeternum,** ut in euuangelio ait dominus: **intrate per angustum ostium, quia dico uobis multi quaerunt introire et non poterunt.** In quo non quod angustus sancto- 15 rum constituatur ingressus, sed quia **omnis amicitia mundi inimica est dei** et humana natura facilius oblectatione quam labore suadetur, nos intellegamus quod, ubi rerum praesentium 123 uoluntas quaeritur, futurae ‖ uitae promissio non habetur. Sic

3 Hos. 14, 10. 6 Propter] cf. supra p. 80, 1. induti] cf. Rom. 13, 12; Ephes. 6, 11 sqq. 7 castificate] I. Petr. 1, 22. 8 aedificantes] I. Petr. 2, 5. caritatem] I. Petr. 1, 22. 10 omnis] Es. 40, 6—8; I. Petr. 1, 24. 13 intrate] Luc. 13, 24. 16 Iac. 4, 4; cf. *Damasi epist.* apud Mig. 13, 366 B.

2 Cf. subscript. huius tractatus 3 ante hoc folium complura excidisse docuimus in praef. c. II 4 HAEC 5 ILLAS seruaui; facile cogites de ILLIS 6 LANGUESCENTEIS (IN superscr.), E ex I corr. 7 OBAUDIENSDUM, S lin. et puncto del. 12 (ET superscr.) FLOS, cf. 84, 16 14 ANG. OST.] coartatis litteris script., cf. 61, 5; 87, 19 19 UOLUNTAS] nolui mutare in UOLUPTAS

denique in euuangelio gratior est dracma pauperis; requietio Abrahae sinus dicitur et Finees; inmisericordis diuitis gehennae ignis habitaculum repperitur, non quod absolute diuitibus poena ponatur et reuertendi ad dominum desperatio constituta lo-
5 cupletibus sit, sed quia nihil in principiis statutum est nec ullus per praerupta conscensus est, sicut apostolus ait: diuitibus huius saeculi praecipe | non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum, sed diuites esse in operibus bonis, ut, dum per elemosynas et bonam uitam tendendi ad
10 dominum iter facimus, tamquam subtractis paulatim gradibus ad ea quae sunt summa ueniamus.

1 dracma] cf. Marc. 12, 43; Luc. 21, 3. requietio—ignis] cf. Luc. 16, 22. 2 Finees] cf. Num. 25, 11; Ps. 105, 30. 6 I. Tim. 6, 17. 18.

5 *Hilarius, de trin. I, 20:* sed quia nullus per praerupta conscensus est, nisi substratis paulatim gradibus feratur gressus ad summa e. q. s.

2 FINEET (s supra), T lin. del. 3 DIUITIIS (BU supra), I ras. del. 4 CONSTIT⌊U⌋TA ⌊LOA⌋|⌊CUP⌋LEBI·ISIT (TI supra), A (in LOA) eras., II lin. et puncto del.; punctum quod post priorem litt. I exstat, debuit poni post B (= BUS); supra 'CU' litt. 'LOCU' oblitae sunt 5 STATI~|TOTUM (U supra), I et O lin. del. 6 CON SE~|SUS 11 UENIAMUS|EXPLIC·TRACTAT·ADPOPULUM INCIPIT EIUSDEM||

PRISCILLIANI

TRACTATUS AD POPULUM II.

Wirceb. fol. 124 Profetici historia sermonis diuinis inbuta uerbis et pronuntiantis tituli uelut propositi thematis gesta disponens non memoriam mortalium temporum, quae conhiuentia humano sen- 5 sui fortuitis semper motibus in aliquid existunt, tamquam ad doctrinam publicae opinionis eloquitur, sed referens gesta regnorum, dum alter alium ut uincat inpugnat, hoc quod unicum in nobis profetici operis munus est docet post euasio|nem eorum quae sunt in mundo in cupiditate perditae uitae inter tot bella 10 uitiorum conscientiam ab omni culpa liberam conseruare et sic tanti muneris deum parentemque debere cognosci, ut, qui omne, quod profeta in persecutione sustinuit et Christus deus in passionem suam uicit, ad doctrinam nostram scribta esse cognouerit, utili ac necessaria ad intellegendum mandatorum 15 125 uia nitens inter tot inexploratas humanae uitae molestias et ‖ indignas deo saeculi mensurabiles pugnas luricam iustitiae, confidentiae galeam, scutum aequitatis et, sicut scribtum est, gladium ex utraque parte acutum diuini oris adsumat et

14 Cf. Rom. 15, 4. 17 cf. I. Thess. 5, 8; Eph. 6, 14. 19 cf. Apoc. 1, 16.

3 Uid. quos citaui supra p. 86 *Hilarii* locos.

2 Uid. subscript. huius tractatus et subscript. tractatus antecedentis. 3 uerba PROFETICI — PRONUNTIAN[i] tres uersus complentia rubro colore exarata sunt PROFETICI, E ex I corr. (rubro colore) 4 PRONUNTIA·TES 5 CONUIUE·TIA (b supra U), U (in UI) lin. del. 13 PASSIO NEMSUA[m]] uid. supra 39, 13; 48, 7; 50, 2 al. 17 MENSURABILES, E ex I fact.

indutus fidei armis studio animi flagrantis ⟨in⟩census dis-
ruptis saeculi uinculis totum se diuinae unde profectus est
naturae e deo Christo, cuius similiter debitor et imagini testis
est, reddat intellegens quod inter diuinorum deambulacra uer-
5 borum omnis scribtura homo | totus est, euuangelico sermone
testante omnem narrationem rerum in nobis fuisse con-
pletam, sicut et Paulus ait: siue Paulus siue Apollo siue
Caefas siue mundus siue mors siue uita, omnia uestra
sunt, uos autem Christi, Christus autem dei; quoniam
10 in quorum exemplarium uiuentes in saeculo siue instituto bonae
indolis siue cupiditate uitae praeuaricantis intramus, eorum post
mortem siue in gloriam consortiis congregamur . . .

Et ideo qui conuersus ‖ ad fidem Christi prima media postrema 126
omnia quae per dominum facta et quae post sunt futura cogno-
15 uerit, necessario temporaria de perpetuis, falsa de ueris et segre-
gans caduca de certis, ubi se diuinum genus uiderit, unum et
indifferentem sibi deum retinens in ea quae neque in exordio
neque fini obnoxiantur exultat; sed omne quod Dauid sanctus
inter incerta certaminum et alienigenorum excidia bellorum con-
20 fidens deo egit, non tamquam memoriale sae|culi scribtum ac-
cipit, sed quid in nobis partim nostro partim corporis metu
cotidianorum bella peccaminum et saecularium uarietas uolun-
tatum, dum pro certis incerta sectamur et inter aliena conten-
dimus, ualeat recognoscit, dicente ipso Dauid in psalmis: do-

1 cf. Rom. 13, 12; Eph. 6, 11 sqq. disr.] cf. Ps. 2, 3. 6 Luc. 1, 1.
7 I. Cor. 3, 22; cf. *Laodic. u. 8.* 16 Act. 17, 28. 24 Ps. 18, 13.

1 FLAGRANTES in cod. ante CENSUS spatium duarum litt. uacat
3 NA|TURAEE·DO] nolui mutare in NATURAE ET DEO SI|MILIT (ER suprascr.)
5 EUUANGELIO|CO, O (in IO) lin. del. 11 PRAE|UARICANTES
12 CONBREGAMUR|, (G suprascr.) B lin. et puncto del.; — omissum esse hic aliquid
statuendum est; desideratur enim sententiae altera pars, quae respon-
deat illi 'siue' in u. 11 posito (uelut 'siue' u. 12 respondet ei, quod exstat
in u. 10) 18 FINI] opp. supra 57, 12 19 INTERCERTA (IN suprascr.) ALIENI
GENORU, E ex I corr. 20 ACCEPIT, falso E ex I corr. 21 METUM,
M (in UM) lin. del. 22 UOLUN|TATUM] uid. supra 90, 19

mine, ab occultis meis libera me et ab alienis parce seruo tuo, quoniam iniquitatem meam ego agnosco et peccatum meum contra me est semper. Omnia enim,
127 quae uel ‖ gesta uel scribta sunt, ideo sic scribta sunt, ut dei sensus uisibilibus inuisibilia demonstrans aptis- 5 simo ad humanam intellegentiam sermone loqueretur omnisque homo qui deum uellet, quidquid in electione populi patriae profetarum loco tempore die mense oblectatione certamine acceptabile in scribturis deo cerneret, si se per ea quae sunt per deum prouisa disponens ad opinionem religiosae intellegentiae pro- 10 fecisset, omne quod scribtum est de se | scribtum esse cognosceret et ambulans in nouitate uitae, siue quid potestatibus daretur aut regibus, unicum hoc profeticis uocibus adpraehenderet quod quidquid amicum saeculo est Christo inuenitur inimicum, dicente apostolo: omnis amicitia mundi 15 inimica est dei, et iterum: omnis concupiscentia carnis et uoluntas oculorum et ambitio humanae uitae non sunt de patre sed de hoc mundo sunt et mundus prae-
128 terit et concu‖piscentia eius, uerbum autem domini manet in aeternum. Quamuis enim humani intellectus infir- 20 mitas cogat profetici sermonis eloquia rerum species terrenarum tamquam superiorum uirtutum indices quaerere, ut uisibilium consuetudine familiariter admonente in insolitos sensus humanae inbecillitatis angustias religiosa discendi exspectatione laxemus, tamen ipsa natura nos docet quod haec sunt quae conuer|sis 25

2 quoniam] Ps. 50, 5. 3 Omnia] cf. I. Cor. 10, 11 et Prisc. can. LXVIII. 5 Rom. 1, 20 et Prisc. can. VIIII. 11 Luc. 22, 37. 12 Rom. 6, 4. potestat.] cf. Tit. 3, 1. 15 Iac. 4, 4 (supra p. 90, 16). 16 I. Io. 2, 16. 17; I. Petr. 1, 25.

20 humani] *Hilarius, de trin. I, 19;* uid. supra p. 69, 11. 24 angustias] *Hilarius, de trin. I, 18;* uid. supra p. 58, 7.

7 erat PUPULI 10 PROFECISSET, E ex I corr. 13 DA'RETUR, post T leuis ras. 14 SAECULO, supra O punctum tenue(?) 17 UOLUNTAS] cf. supra p. 90, 19; 93, 22 20 AETERNO (UM supra), O lin. del. HUMANIA, A (in NA) lin. et puncto del. et I impos. 22 INDICIS 23 CONSUETUDINE, E ex I corr. IN'SOLITUS, cf. 61, 1; 69, 13 24 EXSPECTATIONE, C in ras. exstat, erat T

ad fidem aut pugnant aut dominantur in nobis tribulatione formidinum seu adolatione felicium, ⟨ut⟩ quae distrucximus instruentes ad ea quibus renuntiauimus reuertamur, quoniam nihil interest diabolo, utrum metu malorum an persuasione
5 felicium alienatae a deo uitae peccati occasio et materia praestetur, nisi quod iam in captiuitatibus nostris tolerabilior est consuetudo miseriarum quam ruina felicium, dicente de ‖ hoc 129 profeta: audi me, populus meus, quoniam sicut exactores uestri circumscribunt uos, ita et qui beatificant uos
10 seducunt uos, ut semitas pedum uestrorum conturbent. Et ideo Dauid sanctus titulum psalmi in doctrinam conuersorum positi post deuictas duas Syrias in exultationem triumfantis inducit, ut, qui titulum psalmi in doctrinam positi et gratulationem Dauid inter bella saluati in intellectum pro-
15 fetici sermonis agnosce|ret, diuinae intellegentiae opus moliens et uoluntatum suarum in se uidens bella humanae inbecillitatis respueret errores et duas Syrias hoc est duo peccaminum principia, quod aliud animi aliud corporis officio datur saeculare aliquid uelle uel facere, deuincens indutus, sicut scribtum
20 est, fidei armis uitiorum ageret triumphum et dedicatae in Christo conuersationis inmarcescibilem coronam uelut quibusdam uictricis militiae stipendiis mereretur, ‖ quoniam haec 130 perfecti boni gloria est, si, sicut scribtum est, castificatio corporis pretio excolitur uoluntatis. Denique dum nullus aput
25 nos infinitis finis est et fixo in lubricum gressu modum non

2 cf. Gal. 2, 18. 5 cf. Rom. 7, 8. 11. 8 Es. 3, 12. 11 cf. Ps. 59, 1. 19 cf. Rom. 13, 12; Eph. 6, 11 sqq. 21 I. Petr. 5, 4. 23 cast.] cf. supra p. 72, 16, sed nostro loco UOLUNTAS pro UOLUPTAS scriptum esse uidetur.

1 PUGNA'NTTAUT, erat PUGNA'T, deinde NT in marg. affix. et T (in TAU) lin. del. TRIBULATIOIN 2 UT deest 4 INIHIL', I (ante N) lin. del. DAABOUTRUM (superscr. I, LO), A (in DA) lin. del. 5 ALIENATE 6 TOLLERABILIOR, prior L (in TOLL) lin. del. 7 CONSUETUDO, E ex I corr. 9 UESTRIS, S (in RIS) lin. del. 11 PSALMI‹eras.›, una litt. eras. 12 DEUICTAS, E ex I corr. 19 DEUI⌐'CEN⌊S⌋ 24 PRAE'TIO, A lin. del. 25 INFINITIS, erat FIN·, sed INFIN· man. I corr. LUBRI'CU, CU in marg. man. I, opp. p. 57, 18

constituimus incertis, cotidianorum in nobis fieri bella certaminum etiam apostolicis uocibus edocemur dicente ad nos Paulo: caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem; haec inuicem sibi altercantur, ut non quae uolumus faciamus, et quia | humanae intellegentiae 5
sensus et ratio communium opinionum non statim apostolici sermonis et caelestis consilii capax esset, insequenter apostolus Paulus, cur peccantibus nobis deuicta uitiis caro et humanae uitae ambitio subiaceret, ostendit dicens: non est uobis conluctatio contra carnem et sanguinem, sed aduersus 10
principes et potestates mundi huius rectores harum
131 tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiae ‖ in caelestibus; sicut et Iohannis ait: uidi tres spiritus inmundos tamquam tres ranas exeuntes de ore pseudoprofetae et de ore bestiae et hii sunt tres spiritus daemoniorum 15
qui procedunt ad conturbandos reges terrae, et iterum ipse Dauid quid in nobis pugnaret ostendens ait: domine, iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum contra me est semper, et apostolus de eo loquens ait: unde bella, unde rixae in uobis? nonne de uoluntatibus ues-| 20
tris, quae militant in membris uestris? ut, qui diuinorum praeceptorum in se opus uellet, uniuersa in se uitiorum bella deuincens non solum carnis sed et cogitationum idest spiritalium nequitiarum concupiscentiis abstineret et gentilium daemonum in se ueneficia despiciens, cui tributa peccaminum, 25
cui stipendia uitiorum, cui timores formidinum, cui honores prae-
132 tereuntium dignitatum deditus saeculo homo deberet, agnosce‖ret

3 Gal. 5, 17. 9 Eph. 6, 12. 13 Apoc. 16, 13. 14. 17 Ps. 50, 5. 19 Iac. 4, 1. 23 cf. Eph. 6, 12.

5 *Hilarius, de trin. VII, 16:* Quamquam igitur huius intellegentiae nostrae iudicia cum humani sensus opinione communia sint, etc.

8 CUR scripsi, cod.: CUI 11 POTESTATES, E ex I fact. 12 NEQUITIAE, AE in marg. eiusque litt. E perperam lin. del. 14 PSEUDOPROFETE 19 SEPER, R lin. et puncto del. 20 UOLUNT.] cf. supra p. 63, 17 25 BENEFICIA, cf. p. 21, 3 DESPICIEINS, E ex I corr., ante N eras. I 27 AGNOSCE‖REET, cf. 52, 11 (60, 5).

et repudiatis omnibus quorum finis mors est et in quibus corripitur edoctus, totum se debens deo, factus ipse quod psalmus est in exultationem psalmidici sermonis intraret dicente Dauid: deus, repulisti nos et distruxisti, iratus es et misertus
5 es nostri. In quo tamen sermone psalmi ultra naturalis intellegentiae sensum mens ad deum conuersa prouehitur et unicuique intellegenti se incorruptae beatitudinis per haec cam|pus aperitur. Libet enim hoc loco in tali sermone psalmi aduersus diaboli insidiantis astutias libera saluati in Christo hominis
10 uoce clamare: ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, uictoria tua? ecce deus, dum corripit, diligit et erudit potius peccati agnitione quam plectit, et, cum alia tua non sit natura, nisi aut in peccati mala cogere aut post percussum captum ueneno in ea quae ipse persuaseris perurguere, Christo
15 docente cognoscimus quod baptizati in Christo, ‖ cum in his 133 quae sunt deo aliena distruimur, in ea quae sunt nobis propria reformamur et quod usque ad finem peccantibus poena est et conuersis nobis in redarguitione doctrina est, ipso Dauid dicente: quis similis tibi, domine? quia ostendisti mihi
20 tribulationes et conuersum uiuificans docuisti me, et iterum Eseias ait: domine, in utero accepimus et parturiuimus spiritum salutis quem dedisti super terram. In quo quamuis nos ipsi probemus in nobis, qualis esse | homo debeat qui in nouam natiuitatem per fidem uiuens sensum
25 suum ad ea quae dei substantiae sunt digna moderetur, tamen, ut scribturarum dispositio ad intellegentiam nostram factorum exemplis tamquam incorruptis testimoniis uteretur et caritatem dei commendans in nobis conpugnantes rerum mortalium in

1 cf. Rom. 6, 21. 4 Ps. 59, 3. 10 I. Cor. 15, 55. 11 deus] cf. Hebr. 12, 6. 10. 17 cf. I. Cor. 1, 8. 28; Gal. 2, 18; Ps. 59, 1. 19 Ps. 70, 19. 20. 17. 21 Es. 26, 18. 24 cf. Rom. 1, 17 al. 27 cf. Rom. 5, 8.

5 ultra nat. int. sens.] cf. *Hilarii* locos ad p. 74, 16 allatos.

5 EST, T eras. 9 INSIDIANTES 11 CO^R^RIPIT 18 REDAR GUITIONAE, erat RETARG., A (in NAE) lin. et puncto del. 24 UIUEN⌊S⌋

nobis opiniones facilius ostenderet, si dictus uerborum formis
184 et rerum parabolis adprobaret, sic Rebecca, felicis ma‖ter uteri
et diuinae promissionis decreta parturiens, conluctantia inter se
mundi et dei in nobis opera demonstrans, dum pugnantiam
uiscerum inpatienter acciperet, in profetiam liberi doloris erupit 5
dicens: quo mihi ista, si sic sunt? Cui uox domini respondit
et docuit: duo populi sunt et duae gentes in utero tuo.
De quo et apostolus Paulus manifestans enarrans ait: uideo
aliam legem repugnantem in membris meis legi mentis
meae et captiuum ducentem me in | legem peccati, et, 10
ut in duabus gentibus et duobus populis, quid populus et gens
dei, quid uitiorum populus esset, ostenderet, ueterem a nobis
hominem exui cum omnibus actibus et concupiscentiis
suis et in nouum nos uoluit reformari dicens: sicut portauimus imaginem eius qui est de limo, portemus ima- 15
ginem eius qui est de caelo, ut qui se diuinum genus
crederet ea quae sunt terrena despiciens sequens Christum in
185 caelestes se glorias ‖ consecraret. Sic duo testamenta ad fidem
posita, unum seruitutis iugum soluens, aliut gratiae opus diuidens, ueteris et noui nomen habuerunt, ut in utrisque unus 20
homo positus diuinae in se naturae et terrenae carnis opus
possidens, quia nulla societas luci cum tenebris, Christo
et Beliae est, id quod erat carnis disciplinae lege cohiberet
et se deo cuius imago et similitudo apparuit non negaret. Sic,

6 Gen. 25, 22. 7 ibid. u. 23. 8 Rom. 7, 23. 12 Col. 3, 9. 10; Gal. 5, 24. 14 I. Cor. 15, 49. 16 Act. 17, 28. 19 cf. Gal. 5, 1. 22 II. Cor. 6, 14. 15; cf. *Damasi epist.* ap. Migne 13, col. 366 B. 24 cf. Gen. 1, 26.

2 PARA'BOLIS erat SI'CREBECCA, sed man. I in uersus fine C addidit et in u. proximi initio C del.; cf. 65, 24; 104, 26 4 DEMON'STANS (R superscr.) PUGNANTIA·] legendumne PUGNANTIA (neutr. pl.)? uid. etiam Arch. f. lat. Lex. III, 326 5 ACCEPERET, E (in CE) lin. del. DOLORES 6 ISTA, estne M eras.? 8 MANIFESTANSENARRA'NS, NS in margine; facile cogitare possis de MANIFESTA ENARRANS, an ENARRANS glossa uetus est? 17 DESPICI'ENS, E ex I fact. 20 UETERES 23 ET ante uersum praefix. BELIA, uid. tamen supra p. 8, 21

intellege, ex alia parte maledic|tionum disciplina, ex alia benedictionum gratia constituta est, ut, quamuis diuersae mansiones sint apud deum nostrum omnesque uellit saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, uestrum tamen
5 nullus ignoret quod inter duo regna, inter sinagogam satanae et ecclesiam mandatorum dei, idest saeculi opera et dei uerba, conuersatio uitae nostrae est et hoc quod dei est nostrum dicitur, illud uero quod saeculi || est quia contrarium deo ideo 136
et a nobis inuenitur alienum, et illud renuntiamus, hoc credimus.
10 Sicque inter huiusmodi constitutis hinc diuinorum promissio mandatorum, inde zabolicae temptationis instat intentio, hinc fides Christi, inde saeculi perfidia persuadit, hinc pax patientia longanimitas mansuetudo cetera quae huiusmodi sunt, inde ira auaritiae germana, furnicatio amica tenebrarum,
15 ambitio fortunae suae nescia, diui|tiarum infelicior cupiditate custodia, furor inperitus deo, oblectatio uentris et gutturis, gloria pudendorum, oculorum uoluntas et zabolicae pompae uelut simplex in exspectaculorum deceptione persuasio. In quae cum per diuersa homo rapitur,
20 uitae et mortis ante nos condicione proposita, tam diu in nobis pugnas saeculi et bella nescimus, quamdiu conuersantes in ⟨deo⟩, aliena redarguentes, domini uerba teneamus; nam si quod || corripimur agnoscimus et quae sunt aduersa uincamus, 137

2 Io. 14, 2. 3 omnesque] I. Tim. 2, 4. 5 Apoc. 2, 9; 3, 9. 6 cf. I. Cor. 14, 4; 7, 19 al. 12 Gal. 5, 22. 23. 14 ira, fornic.] cf. Gal. 5, 20. 19 (auar. Rom. 1, 29). 15 amb.] cf. Philipp. 2, 3. diu. cust.] cf. Sirac. 34 (31), 1 (Graece: ἀγρυπνία πλούτου). cup.] cf. I. Tim. 6, 10. 16 fur. inp. d.] cf. Rom. 10, 2. oblect., glor.] Philipp. 3, 19. 17 oculorum] I. Io. 2, 16. 20 Sirac. 15, 18.

3 uellit] cf. supra 39, 2; 41, 13 al. 5 sy'nagogam, y ex i corr. 7 hoc scripsi, cod. homo 9 illud] cf. Arch. f. lat. Lex. III, 318 11 instant, n (in an) lin. del. 12 persuadit] cf. supra p. 30, 18; 82, 16 14 auarei'tiae, e (in rei) lin. del. et i impos. 17 uoluntas] cf. 94, 17 18 pompe exspectaculo'rum] uid. Arch. f. lat. Lex. III, 325 20 dau, a lin. del. 22 deo deest 23 corrupimur, u (in ru) lin. del. uincamus] nolui mutare in indicat. modum, cf. 82, 18.

necessario **ambulantes in nouitate,** sicut psalmi textus ostendit, **uino conpunctionis accepto arcum persequentis zaboli** et **iacula** uitamus, agnoscentes quia **liberi** a peccatis esse non possumus, nisi remissione baptismatis et diuinae crucis redemptione saluemur. In hac parte psalmidici sermonis, quos 5 fides constans ad studium ueritatis uocat, non tantum excipere auditu, | sed introspicere sensu conuenit, qualiter ad omnem se intellegentiae nostrae inbecillitatem psalmus adcommodet et dispositione sermonis profetici operis modum temperans arduum diuinae intellegentiae iter uelut cliuo molliens leniori 10 faciliori instituit ascensu, ut, quia conuersis ad fidem facilius est peccatorum suorum mala nosse quam dispensationem diuinae in se intellegere naturae promptiusque est homini peccatum 138 nol||le quam uelle diuinum, ita in psalmo aptissimus profectibus legentium ordo succederet, ut reseruata in processu psalmi cogni- 15 tione sui deo, qui nisi per se cognitus non est, primum redarguitio domini agnitio peccati diuino muneri faceret ingressum et, ubi homo naturae suae locus factus quid deus uellet agnosceret, sensatae historiae sermo sequeretur dicens: **deus locutus est in sancto suo,** ut qui se sanctificasset deo, loquente in 20 se domino, deum loqui audiret in sanc|to et omne quod in historiis sanctorum **uirtus** fecisse putabatur humana, naturae suae legibus metiens inter diuinas professiones habitae de

1 Rom. 6, 4; 12, 2. 2 Ps. 59, 5. 6; cf. Ps. 142, 3; 141, 7. 3 iacula] cf. Eph. 6, 16. liberi] cf. Ps. 59, 6. 19 Ps. 59, 8. 22 uirtus] Ps. 59, 14.

9 *Hilarius, de trin. I, 20:* uid. supra p. 76, 27. 14 *Hilarius, de trin. I, 19:* ut aptissimus legentium profectibus conexorum sibi libellorum ordo succederet.

1 NOUITATE|] uid. supra p. 79, 25; 94, 12 ubi additur UITAE; cf. etiam Prisc. can. LXXVIII 2 PERSEQUENTES 6 FIDIS 9 PROFETICI, E ex I fact. 10 LENIORI, E ex I corr. 11 INSTITUIT] nolui mutare in coniunct., cf. 82, 18; 99, 23 13 HOMINE 14 PROFECTIBUS, C perperam puncto et lin. del. 15 LEGENTI⌊UM⌋ 17 cogites de ⌊AG⌋NI|TIONE M⌊U⌋NERI 18 LOC⌊U⌋SFACTUS|, prior pars litterae U (in CU) in rasura exstat 19 DICEN⌊S⌋ 23 HABITEDE, signum supra lineam additum r postea deletum est; uid. praef. c. II.

se protestationis expenderet, ut profeticus sermo semel loquens et duo praedicans exultationem saluati hominis in Christo et gloriam Christi in homine triumfantis uelut germanum insigne circumferens ad doctrinam nostrae eruditionis aperiret, ut, dum
5 sanctorum gesta cognoscimus, triumphum ‖ bonae uitae ab- 139
soluta dictorum dispensatione teneamus. Sicima namque, cuius diuisio gaudium hominis et Christi est, alienigenarum terra regionum est, ubi Iacob electi hominis filia praetereuntis iteneris occansione correpta, dum oculorum uisibus capta aliena miratur,
10 et electi generis dignitatem et gloriam uirginitatis amisit, quae in uindictam facinoris admissi punita diuiditur et ad testimonium memoriae, ne quid tale dei populus in alienis in¦curreret, subiugatur. Efrem et Manasses duo Ioseph sancti filii sunt quos subiugato sibi Aegypto in fecunditatem subolis tamquam
15 ad fructum perfectae meruit ueritatis. Galaad horum primitiua possedit; ex Iuda, unde rex quaeritur, deus natus in carne est, et quia Ruth Moabitidis perseuerantia fidei diuinum in conceptibus genus meruit, Moab spei tabernaculum nuncupatur. Idumea terra perfidiae est, ubi calciamentum ‖ diuini ite- 140
20 neris extenditur. Allofili in absolutionem arcae domini deuicto Dagon idolo diuinis apparatibus subiugantur. Per quae uniuersa doctrinae nostrae ratio se tendens opus dei saluantis in Christo et sanctificati hominis iter monstrat, quoniam Sicima uincitur et tabernaculorum conuallia metiuntur, si cre-
25 dentibus nobis nato per uirginem Christo et ea, quae corruptelae causa exstitit, concupiscentiae carnalis natura uinca|tur et

6 Ps. 59, 8. 10. 8 Iacob . . filia] Dina, cf. Gen. 34 et Iudic. 19 (u. 29). 13 Ps. 59, 9. 15. 16 ibid. 17 cf. Ruth 4, 17. 18 Ps. 59, 10. 20 ibid. (sec. Ital.); 55, 1. deuicto etc.] I. Reg. 5, 2—7. 24 Ps. 59, 8.

3 INSIGNAE, A lin. et puncto del. 7 ALIENI|GENERUM, E (in NE) lin. del. 8 PRAETER|EUNTESITENERIS] cf. Neue, Lat. Formenlehre I, 187 9 OCCAN|SIONE] cf. Brambach, Orthogr. 266 12 QUID (NE supra) IN|CURRET, cf. 35, 4 et 24; 74, 14 al. 17 nolui mut. in MOABITIS 21 IDOLO, O in uocab. fine lin. del. 24 CONUALL|IA 25 ET AQUAE CORRUPTAELAE, A (in TAE) lin. et puncto del.

redditum corpus non fornicationi sed domino, per immortalia praeceptorum uerba diuisum, dignum tabernaculis Christi et gloriis futurae resurrectionis habeatur. Sicque deuicto mundo uelut subiugato Aegypto in Efrem et Manasse laborantibus datur fructus nec alius nisi ex Iuda dux quaeritur, quando 5 Christi passione saluatis nihil aliud in ducatum, nisi quod deus 141 in carnem uenire uoluit, in|uenitur nec alia perseuerantibus spes est, nisi ut circumuersura mundi idest perfidiae terra uincatur, ut calciamento pedum domini hoc est euuangelio pacis ostenso distruatur Dagon, opus saeculi, et absoluta testa- 10 menti arca, quod nos sumus, Allofilorum aliena suadentium loquella superetur, ⟨ut⟩, qui ea quae in regionibus posita, in locis dicta, in regibus sunt praedicata cognouerit, uitiorum in se loca regna regiones disciplinato opere deuincens, etsi profetatum de deo intellegat, sibi tamen uelut quoddam uitae exemplarium po- 15 situm recognoscat, quoniam ab initio usque ad finem uenientes in hunc mundum sicut unitis malitiae uiis fallimur, ita unita fide et correctione saluamur.

1 I. Cor. 6, 13. 5 cf. Gen. 49, 10; Matth. 2, 6 (et supra 101, 16). 8 cf. Ps. 59, 11 (περιοχή, Itala: circumstantia). 9 cf. Eph. 6, 15.

1 FORNICATION|IS|, S lin. del. 5 QUA·N|DO 7 UOL|UIT IN| 12 UT deest 17 UNITUS 18 SALUAMUR·|TRACTATUS AD POPULUM|EXPLIC·INCIPIT BENEDICTIO SUPER FIDELES·|

PRISCILLIANI

BENEDICTIO SUPER FIDELES.

Wirceb. fol.

Sancte pater, omnipotens deus, qui multiformis gratiae tuae 142
templum et dispositae in te ecclesiae tabernaculum formans
5 inmensurabilis gloriae extendens mensuras Christo in te auctore
docuisti, ut in te uno et inuisibilitatis plenitudo, quod pater
filio, et uisibilitas agnoscentiae, quod filius patri in operatione
sancti spiritus deberet, ageretur, sic in te omni definitae rei
terminum et infinitorum receptaculum ponens, ut ex te uno
10 uenientibus | nobis unum profectum et reuertentibus ad te
unum aditum in ortum fili in te orientis aperires, et quamuis
ex diuersis uocationum uiis in tabernaculum tuum tenderent,
omnes tamen uno ingressu ad te Christi operantis intrarent,
ut, cui se ille clausisset, accessum ad te, quia patrem fili in
15 filio et filium patris in patre ignorauerat, non haberet. Tu
enim es deus, qui cum in omnibus originibus uirtutum
intra extraque et supereminens ‖ et internus et circumfusus 143
et infusus in omnia unus deus crederis, inuisibilis in patre,
uisibilis in filio et unitus in opus duorum sanctus spiritus in-
20 ueniris, quia tu tibi ad id quod es auctor es et nihil extra

3 *Hilarius, de trin. XII, 52:* Sancte pater, omnipotens deus.
16 *Hilarius, de trin. I, 6:* ut in his cunctis originibus creaturarum deus intra extraque et supereminens et internus idest circumfusus et infusus in omnia nosceretur.

2 Uid. subscriptionem tractatus decimi. 3 Uerba SANCTEPATER — TUAETEM tres lineas complentia rubro colore exarata sunt 8 DEFINITAE, E ex I fact. 10 AD 11 ORIENTES, E (in TES) lin. del. APERIRIS 12 TENDERET 13 OPERANTES, E (in TES) lin. del. 19 TUORUM

te quod praestantius tibi uideatur ostendis, et quamuis mens nostra inexplicabilis intellegentiae opus moliens intra humanae inbecillitatis claudatur errore, unicum tamen de te religiosae sententiae modum | profeticis uocibus adpraehendit, quod sic te unum deum in omnibus nouimus, ut nullum non in te 5 neque ullum extra te locum et facti et operantis habeamus; sicque cum habes adque haberis neque extra totum in aliquo neque non in omnibus inueniris. In te enim et per te processuum tota procuratio: tu animarum pater, tu frater filiis, tu filius fratribus, tu electis amicus, tu propinquantibus proximus, 10 144 tu operatio spirituum, tu prin||cipium archangelorum, tu angelorum opus, tu uirtutificatio tota uirtutum es, per te disposita sunt opera cunctorum, tu distincxisti singularum rerum partes et inter se elementa conpingens disciplinati operis terminos conlocasti, dans in eis spiritum uitae, ut, quae etsi ex se facere 15 nil possent, magnitudine tamen operantis animata ministerium deligatae per te seruitutis inplerent. Et posthaec respiciens in terram eduxisti animam uiuam; quae | etsi ex se ipsa non esset, tamen, ne uacuus esset [et] sermo praecepti, ubi iussio tua initium eorum quae non erant fuit, animatione praecepti 20 protulit terra quod ipsa non habuit. Et iussio tua in apparabilium facta natura est, ut ex nihilo opus proferens primum inconposita et intenebrata parerent, postea insensibilibus sensibilitatem, tenebrosis uisum, brutis odoratum, sonum duris 145 et obduratis distribueres auditum, ut ubique || te praestans ma- 25 teriam rerum, quam iussio protulerat informem, in usum operis

1 *Hilarius, de trin. I, 7:* cf. p. 57 (ubi etiam apud Prisc. legitur 'intra errorem').

3 ERRO|RE] uid. supra p. 20, 13; 71, 9; 75, 2 7 NEQUEEXTRA (TE superscr.), litt. E superscripta falso iterum puncto del. 8 ⌊ET⌋ 10 ELECTUS, prior pars litt. U eras. 12 DISPOSITAE, E puncto del. 13 DISTINCSISTI (X superscr.), S (in CS) lin. del.; cf. 95, 2 18 ⌊I⌋UAM 19 ET delendum? erat PRAE|CEPTIIS, IS eras. 21 conicias APPARI|BILIUM 24 TENEBRORIS 25 nolui mut. in OBTURATIS 26 erat INFORME|MIN USUM, deinde M post ME affix. et in prox. uers. initio M del.; cf. 98, 2

[illegible] sermone disponeret et unumquid [illegible] [illegible] [illegible], si sublimaret [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] campestria, siluarum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad agnitionem scientiae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], cui [illegible] [illegible]
5 in loquellam muta non possent. tamen dispositionibus rerum loquens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

In (?) . . . .
lucrari (?) *totum* (?) quam
commutationem nisi
10 dignam dabimus pro
animabus nostris. sanc-
te pater, omnipotens
deus, aut quid est ho-
mo quod memor es
15 eius aut *filius hominis*
propter *quod uisitas*
eum, nisi quod in glori-
am tanti operis emis-
si agnoscimus quia
20 figmentum tuum su-
mus in *operibus* bonis
quae praeparasti, ut
in illis ambulemus?

1 cf Ps. 146, 4: Es. 43, 1 al. 8 quam — 11 nostris] cf. Matth. 16, 26. 13 quid — 17 eum] Ps. 8, 5. 20 figmentum — 23 amb.] Eph. 2, 10.

11 cf. *Hilarii* locum supra ad p. 103, 3 laudatam.

1 unumquid] uid. supra p. 77, 6 2 conicias planaret 5 loquella¯ muta] scribendumne loquella? sed uid. supra p. 39, 18; 48, 7; 55, 13 al. 7 Haec ultima codicis pagina misere foedata est: singulas igitur lineas seorsum typis transcribendas curabam atque quae effinxi *scriptura inclinata* ita rupta detersa detrita sunt, ut ligneum codicis integumentum plane sit commaculatum uestigiis litterarum olim adhaerescentium; primi uero uersus (= lin. 7 nostr. ed.) scriptura funditus euanuit, nisi quod in ipso uersus initio fuisse uidetur 'IN'; Matthaei uerba 'lucrari' et 'totum' (uid. uersiones antiquas ad Matth. 16, 26) in codicis lin. 2 latere nolim hariolari 17 quod scripsi, cod.: quo

Et ideo te sensus n*os*-
ter loqu*it*ur et ser*mo,*
quia per te inextermi-
nabiles facti, ubi simi........

3 cf. Sap. 2, 23: inexterminabilem et ad imaginem similitudinis suae fecit illum.

4 SIMI] hic desinit codex Wirceburgensis.

II.

PRISCILLIANI

IN

PAVLI APOSTOLI EPISTVLAS

CANONES

A

PEREGRINO EPISCOPO

EMENDATI.

C = cod. monast. Cauensis 14, saec. IX (ad numeros canonibus adiectos a nobis rarissime adhibitus).

Γ = codicis Cauensis apographum Uaticanum (8484) ab Ign. Rossio confectum, saec. XIX (ad numeros canonibus adiectos adhib.).

γ = sectionum numeri in *Γ* ad textum omnium Pauli epistularum adscripti.

c = editio canonum ad *Γ* facta ab Ang. Maio qui omisit omnes sectionum numeros (= 'spic. Rom.', tom. IX, post p. 744).

k = editio prologi ad *C* facta a Bern. Caetani d'Aragona (= 'cod. dipl. Cauensis', tom. I, append. p. 19 sqq.).

L = cod. eccles. cathedr. Legionensis 6, saec. X.

Λ = cod. collegii S. Isidori Legionensis, saec. X.

T = cod. Toletanus, nunc Matritensis bibl. nat. 2, 1, saec. X.

M = cod. Theodulfi Mesmianus, nunc Parisinus (bibl. nat.) 9380, saec. IX.

V = cod. Uaticanus 5729, olim Farfensis, saec. X.

φ = sectionum numeri in *V* ad textum complurium Pauli epist. adscripti.

P = cod. capituli Pistoriensis 151 (G. 82) saec X.

p = editio a Fr. A. Zacharia ad *P* facta (= 'bibl. Pistoriensis' p. 67 sqq.).

Π = cod. uniu. Lipsiensis (bibl. Paulinae) 13 fol. max., saec. XIII/XIV.

crassioribus typis eos effinxi numeros qui cum *γ* concinunt.

( ) inclusi eos numeros, qui non leguntur in *ΓLΛTMVPΠ*, sed in *γ* (uel *γφ*) occurrunt.

⟨ ⟩ inclusi eos numeros, quos ego addidi, quamuis neque in *ΓLΛTMVPΠ* neque in *γφ* legantur.

sectionum numeri ad Uulgatae capitula et uersus reuocabuntur in indicibus nostris.

PROOEMIUM PEREGRINI EPISCOPI IN EPISTULAS PAULI APOSTOLI

Prologum subter adiectum siue canones qui subsecuntur nemo putet ab Hieronymo factos, sed potius a Priscilliano sciat esse
5 conscriptos. Et quia erant ibi plurima ualde necessaria, correctis his quae prauo sensu posita fuerant alia, ut erant utiliter ordinata, prout oportebat intellegi iuxta sensum fidei catholicae exemplaui. Quod probare poterit qui uel illud opus quod ipse iuxta sensum suum male in aliquibus est interpretatus
10 discusserit uel hoc quod sanae doctrinae redditum est sagaci mente perlegerit.

